

ERNESTI MAURITII LANDWEHR,
J. U. Doctoris & Advoc. Hannover.

TRACTATIO
DE
RELATIONI-
BUS JUDICIALIBUS
HODIERNIS TAM
PRIMÆ QUAM SECUNDÆ
INSTANTIÆ,

PER
APHORISMOS & EXGESES
EXPOSITA,

Nunc
Correctiùs & auctiùs edita.



WETZLARIAE,
Impensis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI.
ANNO M DCC XXIX.

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,

DN. JOHANNIS FRIDERICI,
Ducis Brunsuicensium ac Lüneburgensium
Intimo & Cameræ Consiliario,
DOMINO,

DN. OTTHONI à GRO TEN,
Hæreditario in Wernesbüttel / Juende / Sachenfelde
und Wrestedt / &c.

Nec non predicti

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,

DN. JOHANNIS FRIDERICI,
Ducis Brunsuicensium ac Lüneburgensium
Præsidi Supremi Consistorii Hannoverani, à Secretis
& Cameræ Consiliario,

DOMINO,

DN. HIERONYMO à WITZENDORFF,
Ut &

DOMINO,

DN. FRIDERICO à STEINBERG,
Hæreditario in Bohdenburg / Brugheim und Achen / &c.

VIRIS
NOBILISSIMIS, GENEROSISSIMIS, ET MAXIME
STRENUIS,

DOMINIS PATRONIS ET FAUTORIBUS
ÆTATEM COLENDIS ET OBSERVANDIS

S. P. P.

* (o) *

3



Rasentem hanc *TRACTATIONEM de
RELATIONIBUS JUDICIALIBUS,*
quam *VESTRARUM GENEROSITA-
TUM* Celeberrimis Nominibus inscribere jam
ausus sum, longè ante accessum meum ad Illustrem Acade-
miam Christian - Albertinam ad excudendam, quò citius
eam, instar Disputationis Inauguralis, pro consequendis Sum-
mis in utroque Jure Honoribus ac Privilegiis Doctoralibus
publicè babere, & ad Forum redire possem, quidem trans-
misi, sed eò veniens vix dimidiam partem prater spem ac
opinionem à Typographo excusam inveni. Quare, cum mihi
diu domo abesse non liceret, nec insuper, quod caput erat,
cateri tam SS. Theologia, quam Jurisprudentia *DOMINI
CANDIDATI*, M. Christianus von Stöcken / Reveren-
diss. & Sereniss. Episcopi Lubec. Ecclesiastes Aulicus, &
istius Diocefeos Superintendens, nec non Otto Sperling,
Promotionem Doctoralem longius, ut interim Disputatio
Typis plenè à Typographo imprimetur, quam ad diem 12.
Maji Anni currentis à REVERENDISSIMO SERE-
NISSIMO QVE PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO CHRISTIANO ALBERTO,
Hærede Norvegiae, Postulato Coadjutore Episcopatus Lu-
becensis, Duce Slevico - Holstia & Stormaria & Dithmar-
ia, Comite in Oldenburg & Delmenhorst, &c. &c.

A 2

con-


constitutum, differre valerent; animum meum non tantum mutare, & Theses quasdam miscellaneas Inaugurales ex universo fure desumptas publico ac solenni Examini propnere, sed etiam ut propediem ipsa Disputatio in forma Tractationis publicam lucem videre deberet, in Proæmio predictarum Thesum quasi promittere coactus sum. Ne igitur vana promissione viderer, hanc Disputationem tanquam TRACTATIONEM in Septem Sectiones divisam emittere, VESTRARUMQVE GENEROSITATUM Celeberrima Nomina non solum, ut contra Momi ac Zoili morsus tutus essem, sed etiam ut publicum mea erga VESTRAS GENEROSITATES multis nominibus debita observantia extaret Monumentum, hisce Pagellis prefigere, easdemque VESTRIS GENEROSITATIBUS cum ardentissimo Voto omnis Prosperitatis consecrare volui ac debui. Aspiciatis itaque quoq[ue] sereno vultu hoc perexiguum & lovidense minusculum, nec harum Pagellarum paucitatem tam estimetis, quam potius me meaque Studia sub umbra Favoris Vestri perennis delitescere benevolè concedatis. Hannoveræ Calend. Julii Anno 1674.

VESTRIS GENEROSITATIBUS

Devotissimus & observantissimus
Cliens

Ernestus Mauritius Landwehr,
J. U. D. & Advoc. Hannover.

SECTIO



SECTIO PRIMA,

De primævæ Relationis Judicialis Origine,
Authoritate, Abrogatione, Descriptione, ejusdemque
Usu hodierno, & Discrepantia à Tractatione
& Institutione nostra.

Aphorismus I.

Quamvis Reges Romanos olim pro lubitu Jus dixisse, exactisque Regibus, Reipublicæ Romanae formam maximam partem in Popularem mutatam, diversosque Magistratus pro conditione Reipublicæ, ut ipsi Jus dicarent, constitutos fuisse certum sit, illosque progressu temporis & particularem & universalem Jurisdictionem pro re natâ aliis demandasse, immo Judices pedancos cum certis Actionum Formulis dedisse, tamen Rationem Judicialem tunc temporis in usu fuisse haud constat. Unde, introducto in Rempublicam Romanam iterum Statu Monarchico, ad immediatè Superiorē à Magistratu ipso & ab iis qui mandatam Jurisdictionem habuerunt, quam à Judicibus datis prius Relationem factam esse verisimile est.

Exegesis.



Riplicem Romanæ Reipublicæ Statum fuisse, concinnè r.
describit Struvius Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 1. thes. 62.
& seqq. item Johannes Rosinus de Antiquitatibus Romanis
lib. 7. cap. 1. de Generibus Politiarum, tamen in primo Statu
Regio, quô Summum Imperium erat apud Reges, &
omnia Manu sive Potestate à Regibus gubernabantur,
l. 2. ff. de Orig. Jur. Relationem Judicialem obtinuisse,
neque apud allegatos, neque in Jure Justiniane scriptum reperitur.
In A 3

2. In secundo Statu, qui ut plurimum Popularis fuit, nec tum in usu fuisse ex sequentibus patebit. Nam licet post Reges exactos diversos Magistratus constitutos fuisse, & primò Imperium ad Consules & Senatum à Populo delatum esse, nullum dubium sit, dicit. l. 2. §. 16. tamen palam est penes illos solos Summam Potestatem perfectè & constanter haud refedisse, nec diu viguisse. Quippe statim post aliquot Annos ab illis Summum Imperium ad Decemviros, ut Leges à Græcis peritas, duodecimque Tabulis incisas proponerent, & si opus esset, corrigerent ac interpretarentur, dicit. l. 2. §. 4. à Populo delatum est. Ut ita neque Consulum tempore, quoniam ipsi Jus reddebat & Justitiam salvâ Appellatione administrabant, Struv. Exercitat. 4. thes. 8. & 10. Rosin. dict. lib. 7.
4. cap. 9. de Consulibus. Relatio Judicialis facta esse tradatur. Et quanquam postea evenit, ut ex duodecim Tabulis & earum Interpretatione Legis Actiones natæ fuerint, veruntamen nulla Relatio Judicialis facta est. Quippe tanta Decemviris erat potestas interpretandi Leges & Jus dicendi inter Partes, ut ab iis ne Provocatio quidem, sic ut à reliquis Magistratibus, admitteretur, Rosin. lib. 8. cap. 4. de Origine & Progressu Juris Romani.
5. Quod & de Jurisprudentibus, quibus potestas interpretandi post Decemviros concessa fuit, mihi dicendum videtur. Nam hi statim delatâ ad ipsos ea potestate, Legis Actiones in certas Formas, quas deinde Legitimas Actiones, item Solemnies appellaverunt, Georgius Eberlinus tractat. de Origine Juris & omnium Magistratum ex Successione Prudentum cap. 7. magnâ curiositate redegerunt, quibus Populus Romanus inter se sine aliqua addititia mutatione disputare, & Sententiam exspectare tenebantur, ut ita nec hoc modo Relatione opus fuerit. Et licet postea hæc potestas ad Summum Pontificem devoluta, & ab eo duplex Actionum Solemnitas, ut altera Impetrationis, (cum nemini liceret in Judicio experiri, nisi impetratâ prius agendi Formula à Collegio Pontificum, quorum auctoritate declarabatur, num cuique Actio ex Lege duodecim Tabularum competenter, an non, Eberlin. dict. tractat. cap. 7. num. 8. 14. & 15. junge Rosin. dict. lib. 8. cap. 4. Johannes Oldendorpius Syllog. Exception. Forens. pag. mihi 219. & 220.) altera Formularum (quia in exercendis Actionibus ab eo certæ Formulae verborum præscribebantur, quorum ductu, in Judiciis sic fuerat experiendum, ut qui uno forte verbo errasset, totâ causâ cecidisse videretur, Paulus in l. si Servus. ff. de Furt. & in §. si quis. 33. Institut. de Action.) introducta sit: tamen nec hoc tempore Relationem factam fuisse facile concedendum. Et quamvis hæc observatio impetrandarum Actionum aliquandiu, hoc est centum propemodum Annis, apud Collegium Pontificum fuerit, & tandem
7. ad

ad Prætorem hæc potestas, quoniam Pontifices hoc declarandi officio ad avaritiam abutebantur, dum potius vendebant, quæm concedebant pro Jure Actiones, sit translata, cum hic statim intellectâ Facti Serie, aut concederet, & non solum suas, sed etiam Civiles daret, aut negaret Actiones, Oldendorp. dict. tractat. pag. mihi 220. & 221. Struv. Exercitat. 4. thes. 44. ita ut hinc omnia Judicia sicut prius à Collegio Pontificum ordinaria, tunc extraordinaria dicta fuerint, Paul. in C. Actio negot. gestor. Justinian. in §. ult. Institut. de Interdict. tamen nec usque ad hæc tempora ullam Relationem Judiciale in usu fuisse legimus. Nam post Decemviros omnes dubitationes ex Legibus XII. Tabularum ortæ per Interpretationem Prudentium ac Usu Fori determinatae fuerunt, Struv. Exercitat. 1. thes. 63. verb. Cum enim Leges &c. Postea vero cum Jus dicendi ad Pontifices translatum fuerit, illi tantam habuerunt potestatem, ut nullius potestati fuerint obnoxii, Rosin. lib. 3. cap. 22. de Pontificibus & Pontifice Maximo. junge Eberlin. dict. tractat. cap. 7. per tot. Quod & de Prætribus quodammodo judicare non dubito, Rosin. lib. 7. cap. 11. Eberlin. cap. 23. num. 7. usque ad 11. Et licet quis mihi objicere vellet, quod hoc ita asseri possit, dum Prætores & cæteri Magistratus ipsi Jus, ad quod constituti erant, Bernhard. Sutholt. Dissertat. de Jurisdic. §. 339. dixerunt. Attamen etiam hoc verum postea mansit, cum Prætores & alii Magistratus, aut universalem, Sutholt. dict. Dissertat. §. 366. aut particularem Jurisdictionem, Struv. Exercitat. 4. thes. 42. demandaverint. Nam mandatâ Jurisdictione vice mandantis illi exercebant Jurisdictionem, Sutholt. dict. Dissertat. §. 364. 365. & 367. Si ipsi Magistratus Jus reddebat, parti læsæ tantum liberum erat provocare ad Populum, Sutholt. dict. Dissertat. §. 373. Struv. dict. Exercitat. 4. thes. 10. Si vero Magistratus pedaneos aut delegatos Judices cum certis Formulis, tempore Constantini Imperatoris tamen in universum sublatis, l. 1. & 2. Cod. de Formul. & Interpretation. Oldendorp. dict. tractat. pag. 221. ordinaverint, Sutholt. dict. Dissertat. §. 311. illi secundum præscriptam Formulam, quoniam nullam Jurisdictionem habebant, sed solummodo de facto cognoscebant, Sutholt. dict. Dissertat. §. 357. 364. & 365. nudamque notionem, quæ tamen & lationem Sententiæ connotat, habebant, Struv. dict. Exercitat. 4. thes. 48. tenebantur judicare. Et, si tunc casus obveniret, quem dirimere non poterant, usu nihil fuit frequentius, quæm ut in casibus dubiis adirent Jurisconsultos, ut videre est apud Gellium lib. 4. Noct. Attic. cap. 2. Sutholt. dict. Dissertat. §. 307. Aut si causam non intelligerent, nec Jurisperitos consulere amarent, dixerunt, sibi non liquere, Agellius lib. 14. Cicero pro Cæsima: Aut si causa non dubia & obscura fuerit, Sententiam tule-

- tulerunt, Rosin. lib. 9. cap. 16. vers. *Quod si.* Et, quando hoc modo pars se gravatam sentiebat, Appellatio ipsi erat concessa ad Magistratum ipsum, qui Judicem dedisset, l. i. & 3. ff. quis & à quo appellatur. junct. l. i. §. ult. eod. non autem ad eum, cui erat mandata Jurisdictio, si hic, qui cum Judice dato pedaneo, & delegato, l. unic. Cod. qui pro sua Jurisdictione. & tit. Cod. de Judic. pedan. non est confundendus, Struv. dict. Exercitat. 4. 12. thes. 44. Judicem dedisset, Struv. dict. Exercitat. 4. thes. 42. in fin. Ut ita ex deductis facilè emergat, nullam Relationem Judicij in secundo Statu 13. Romano factam esse. Quare Statu in Rempublicam Romanam Monarchico iterum introducto, sensimque auctoritate Magistratum diminiuita, Eberlin. dict. tractat. cap. 23. num. 9. 10. & 11. Struv. Exercitat. 4. per tot. novisque Legibus & Constitutionibus ab Imperatoribus promulgatis, Struv. Exercitat. 2. per tot. & ne forsitan Magistratus aut Judges per Imprudentiam male judicando item suam facerent, Oldendorp. class. 7. act. 13. num. 2. & 3. Magistratus & illos, quibus mandata fuerit Jurisdictio, & Judges datos ad immediate superiorem causam dubiam per Relationem detulisse, initiumque referendi factum esse concludo.

Aphorismus 2.

Et quanquam certo dicto modo tempus Relationis Judicialis non constat, hanc tamen diu obtinuisse, magnamque authoritatem habuisse, in modo expressè à Justiniano Imperatore mandatam esse, verum est.

1. Longo temporis tractu, & quidem jam tempore Imperatoris Hadriani, l. i. Cod. de Testamentis, & quemadmodum Testamenta ordinentur. item Imperatoris Antonini Pii, Relationem Judicialem in viridi observantia fuisse, & ita longè ante Justiniani Constitutionem, colligere licet ex Constitutionibus Codici insertis, vide l. i. Cod. de Usuris. l. i. Cod. de edendo. l. i. Cod. de Procurator. l. i. Cod. si adversus Creditorum. l. i. Cod. de alendis Liberis.
2. Porro istam Relationem etiam magnâ authoritate fuisse, ostendunt pleraque Imperatorum Rescripta Codici inserta, factaque ad Relationes Consultationesque Judicium, Peretz ad Codicem de Relation. num. 1. ita ut,
3. quod Juris Communis causâ ab Imperatore vel rescribendo, vel decernendo, vel edicendo statutum sit, etiam sine Populi Concilio, pro Legge sit habitum, & placitis illius non solum Provinciales, sed etiam Popus ipse adstringeretur. Verum interim observandum, Imperatorum Constitutiones Legis vim obtinere, si generales sint, quoniam Jura singulis Personis non constituuntur. Quare si privati Juris causâ Princeps quid

quid statuit, id Legis vigorem non habet: quippe privata Principis Decreta ad consequentias non producuntur. Hinc Papinianus respondit, Sententiam in Fideicommissariis Libertatibus Jure singulari receptam non trahi ad reliqua Fideicommissa, l. Fideicommissaria Libertas. 23. §. etiam 3. ff. de Fideicommissar. Libertat. Eberlin. dict. tractat. cap. 11. num. 6. & 7. Quænam dicantur autem generales & singulares Constitutiones, vid. Struv. Exercitat. 2. thes. 25. & 26. Denique Justinianum Imperatorem Relationem à Magistratibus & Judicibus faciendam, demandasse, hoc satis luculenter indicat l. 2. §. 21. item l. 3. §. 21. Cod. de veteri Jure enucleando &c.

Aphorismus 3.

Verum Relationibus inde nimium accrescentibus, Litibusque nimium exinde protractis, Imperator Justinianus rursum eas abrogavit, & ut Judges ipsi causam perfectè examinatam secundum Leges, prout justum & legitimum visum fuerit, salvo tamen gravato Appellationis beneficio, deciderent, mandavit.

Omnia utilitate Reipublicæ esse metienda, indicavit etiam Imperator noster Justinianus sua Novella 125. Nam licet Imperatori Relationes Judiciales Reipublicæ aliquandiu valde utiles vise fuerint, ita ut etiam ipse eas præced. Aphorism. præceperit, & postea Novell. 113. & 115. confirmaverit, legemque 79. §. 1. ff. de Judic. item §. planè. i. Institut. de Militar. Testament. cum l. Divis. 21. ff. de Testament. Militis. ratihabuerit, tamen non dubitavit eas iterum per Novell. jām allegat. 125. abrogare, cùm ex Relationibus Judicium ad Principem nimia dilationes & remora negotiis allatae, litesque nimia protractæ fuerint. Quare Imperatori amputare Relationum facultatem, ut ipsi Judges pro suo captu perfectè causam examinarent, secundum Leges & Consuetudines Locorum, salvò tamen parti gravatæ Appellationis beneficio, decernerent, ac exsequerentur Sententiam, si Partes ei acquieverint, vel admitterent Appellationem, si quæ est interposita, compendiosius visum est, *Auctent. Novo Jure. Cod. de Relation.* Hinc adhuc observatur, quod à Judice prioris Instantiæ, per simplicem Questionem ad Superiorem causa non transferatur, sed solummodo ordinario modo, per viam Appellationis, Joach. Stephan. ad Novell. allegat. 125. Matthias Stephan. ad Novell. eandem num. 2. 3. & 4.

Aphorismus 4.

Sed hæc memoratæ abrogatione non intelligitur illa species Relationis de ambiguitatibus, quæ sapè ex Legibus nascitur & magis propriè Consultatio dicittur.

1. Locum habet hæc Relatio, quoties circa Juris & Legum intellectum dubitatur, *l. 79. ff. de Judic.* Eo enim casu Judex Principem, tanquam Legis Authorem & Interpretam consulere, nec, antequam à Principe responsum, inter Partes pronunciare debet, *l. 1. & l. 2. Cod. de Relation.* Quare etiam *dict. l. 1. §. 21. & l. 2. §. 21. Cod. de vet. Jur. encl. l. ult. Cod. de Legibus.* Imperator sibi expreſſe Legum dubiarum Interpretationem reservavit. Nec ab Imperatore per Novellam *suprà allegatam 125.* ullæ aliae Relationes, quæm Judicum de Jure ad Factum applicando dubitantum, quæ aliæ *Novell. 113. & 115.* erant comprobatae, sublatæ sunt.
2. Unde etiam Matthæus Wesenbec. *in Oeconom. Jur. ad Novell. 125.* rectè scribit, ubi dignus vindice nodus inciderit, adhuc Relationes permitti,
3. add. Matth. Stephan. *ad Novell. 125. num. 5. & 6.* Quæ autem magis pro-
4. priè dicuntur Consultationes, quæm Relationes. Nam Consultatio in-
5. solâ & nudâ Interrogatione super aliquo Juris dubio plerumque con-
6. sistit, *l. 11. §. 2. ff. de Minor. l. 1. §. 21. & l. 2. §. 21. Cod. de vet. Jur. encl. Styp-*
7. mann. tractat. de Referendar. cap. 1. num. 63. & 64. Relatio vero in Explica-
8. tione totius Causæ, adjunctis Actis, vide Aphorism. seq. junge Christoph.
9. Philip. Richter. *ad Authent. Novo Jure. Cod. de Relation. num. 3. & 4.* Et quan-
10. quam hæc Relatio magnam similitudinem habet cum Consultatione,
11. ita ut ſep̄ confundantur; Justinianus tamen invicem separavit, *Cod. de Relation. & Cod. de Appellation. & Consultation.*

Aphorismus 5.

Describitur autem Relatio à Justiniano per Novell. 125. sublata, propriè hoc modo: Quod fuerit scriptum Judicis ad Principem, Pro-Consulem, aut Präsidem, quo Judex de Jure ad Factum applicando, non de sensu Legis dubitans, requisivit & consultuit, quid sibi in totâ causâ, in qua Partes coram se litigantes concluserunt, ac ulterioribus Allegationibus renunciarunt, pronunciandum esset.

1. Vide *l. suprà allegat. 79. §. 1. ff. de Judic.* Richter. *ad Authent. Novo Jure. Cod. de Relation. num. 2.* Matth. Stephan. *ad Novell. 125. num. 1.* item Vallens. *dict. loc. num. 3.* Erasm. Ungebaur. *super Decretal. ad tit. de Appellation. num. 29. 30. 31. & 32.* ubi etiam Relatio interdum & Consultatio, uti præced. Aphorism. fuit monitum, add. Matth. Stephan. *ad dict. Novell. 125. num. 1.* Peretz. *ad Cod. de Relation. num. 1.* dicitur, sed planè impropiè, vide allegat. Andreæ Vallensem *in Paratitl. Jur. Canon. de Appellation. §. 20. num. 7.* Quippe Relatio Judicialis propriè fieri dicitur à Judice Inferiore ad Superiore, hoc
2. 30. 31. & 32. ubi etiam Relatio interdum & Consultatio, uti præced. Aphorism. fuit monitum, add. Matth. Stephan. *ad dict. Novell. 125. num. 1.* Peretz. *ad Cod. de Relation. num. 1.* dicitur, sed planè impropiè, vide allegat. Andreæ Vallensem *in Paratitl. Jur. Canon. de Appellation. §. 20. num. 7.* Quippe Relatio Judicialis propriè fieri dicitur à Judice Inferiore ad Superiore, hoc

hoc est ad Pontificem vel Principem, aut etiam Pro-Consulem, Präsidem vel Praefectum Praetorio super aliquo dubio suberto in Processu seu in Lite, uti patet inter cætera jam allegata ex Novell. 113. cap. 1. & Novell. 82. §. fin. & l. si quod extraordinarium. s. Cod. de Legation. & allegat. Vallens. num. 3. & Peretz. num. 1. Ex qua descriptione per se resultat, quod Relatio vel Remissio Causæ ad Principem ob metum potestatis Litigantium vel odii prohibita, *dict. l. 79. §. 1. ff. de Judic.* sub hac Judiciali Relatione non intelligatur. Nam si de Facto quæſtio effet, Judex ipse pronunciare debebat, prout Religio suggerebat, si enim rogarit, & Praeses Consilium impertierit, infamia nonnunquam periculum fuit, & materia gratiæ vel ambitionis tribuebatur, *dict. l. 79. §. 1. ff. de Judic. l. 3. §. 1. eod. l. 3. §. 1. ff. de testibus. l. 9. princ. ff. ad Leg. Fab. de Plagiis.* Francisc. Stypmann. *dict. tractat. cap. 1. num. 44. & 45.* Nam hoc casu Judicibus omnibus sufficere debebat, ad perfectam fortitudinem Lex & Imperii favor, ut alicuius magnitudinem metuere non deberent, *Novell. 17. cap. 13.* Unde etiam Präsidibus Provinciarum ob rationem in *dict. l. 79.* jam adductam rectè inhibitum fuit minoribus Judicibus Consilium impertire, Matth. Stephan. *ad Novell. 115. num. 9.* Vallens. *dict. loc. num. 3.* Porro cum in hoc Aphorismo 4. dicatur, quod Judex debeat totam causam, in qua Partes coram se litigantes concluserunt, ac ulterioribus Allegationibus renunciarunt, ad Superiorum tunc referre, observandum venit, quod olim etiam clam altera parte ad Principem Magistratus referre potuerit, sed ne exinde Pars, si Praetor mentitus fuerit, lèdatur, ipsi contra Rescriptum imperiatum beneficium Appellationis superfuit, *l. 1. §. 1. ff. de Appellation.* junge Peretz. *ad Cod. de Relation. num. 3. & 4.* Verùm ut postea ejusmodi ambages evitarentur, constitutum, ut Litigatoribus ante Relatio vel opinio ederetur, ut suum dissensum vel assensum subjicere possent, *l. fin. ff. quando appellandum sit.* *l. penult. ff. de Appellation. recipiend. l. 1. Cod. de Relation.* Quippe utriusque Litigantis maxime intererat, Relationem rectè fieri, utpote ex qua exitus Litis exspectandus esset, idcirco etiam Relationi imperfectæ, aut opinioni Judicis minus rectæ Partibus licuit suas adjungere Preces refutatorias, *dict. l. 1. & 2. Cod. de Relation.* Richter. *ad dict. Authent. num. 2. l. 9. §. 3. Cod. de Appellation. & Consultation.* Debebat autem Relatio omnes omnino Causas juxta modum Actorum continere, ut recensione, id est iteratâ Examinatione Actorum non opus esset, immo & Acta, quod plena esset Instructio, *dict. l. 1. Cod. eod. associanda erant, l. 3. in fin. Cod. de Relation.* Si tamen adhuc inter Judicem & Partem contentio oriretur, ad Originalia per Notarium Publicum scripta & confecta recurrebatur, Hostiens. *in Summa Aurea tit. de Appellation.* Mejer. in 5. Dispu-

8. *Disputat. Argentorat. ad tit. de Appellation. thes. 26.* Nec differentia inter Causas referendas ad Principem habebatur, sed in omnibus Causis, tam majoribus, quam minoribus, etiam in Criminalibus obtinebat hæc Relatio, dict. l. 2. Cod. de Relation. dict. l. 6. §. 3. Cod. de Appellation. l. 13. Cod.
9. eod. sed regulariter ante Sententiam definitivam, dict. l. 1. Cod. de Relation. postquam Partes ulterioribus Allegationibus renunciarunt, alias non erat plena Relatio, Novell. 115. in princ. interdum etiam post Sententiam definitivam, exceptis saltem Causis Criminalibus, l. 1. §. 1. ff. de Inter-
10. dict. Richter. ad dict. Authent. num. 5. in fin. Hoc modo autem facta Relatione ad Principem, cessabat officium Judicis referentis, l. 1. Cod. de Relation. ita ut Relatione pendente nequiret pronunciare, l. 34. Cod. de Appellation. vel aliquid innovare, l. 3. & l. 13. Cod. eod. sed subsecuto ad factam Relationem Responso, quod super casu dubio Judici, vel Rescripto, vel per Referendarios exponebatur, dict. Novell. 113. cap. 1. & 2. Richter. ad dict. Authent. num. 5. circa med. Stypmann. dict. tractat. num. 46. usque ad 53. & à num. 59. usque ad 65. inclusivè, tenebatur causam ex Responso accepto decidere, Novell. 82. cap. ult. Novell. 113. cap. 1. princ. adeò ut Appellatio ei denegaretur, contra quem pronunciatum fuerit. Consentire enim videbatur in ea quæ scripsicerat vera esse, nec audiendus erat, si dicere vellet, se eventum Rescripti Sacri sustinuisse, l. fin. ff. quando appellandum sit. Nam non obstante dict. l. 1. §. 1. ff. de Appellation. junge Peretz. dict. loc. num. 3. & 4. item Richter. dict. loc. num. 5. dicto modo Relationi plena fides tribuebatur, l. 6. §. 3. Cod. de Appellation. & Consultatione.

Aphorismus 6.

Sed hæc Relatio Judicialis moribus iterum recepta esse videatur, quæ tamen differt ab ejusmodi Relatione Judiciali, de quæ in subsequentibus agendum est.

1. De Reintroductione vide Peretz. ad Cod. de Relation. num. 5. & 6. item Richter. ad Authent. Novo Jure. Cod. de Relation. num. 6. per tot. quibus adjungi etiam potest allegat. Andr. Vallens. ad Jus Canon. de Appellation. S. 20. num. 5. Differentiam autem vide infra Sectione III. Aphorism. 1. & 2. hujus Disputationis.

(5) O (5)

SECTIO

SECTIO SECUNDA,

De Definitione Nominali, sive de hodiernæ Judicialis Relationis Derivatione, variâ Significatione, Appellatione, & Origine.

Aphorismus I.

Praelibata Judicialis Relationis primævæ Origine, Authoritate, Abrogatione, Descriptione, ejusdemque Usu hodierno, & Discrepantiâ, à tractatione nostrâ transeo porrò ad hodiernæ, secundum excellentiam & magis propriè sic dictæ Relationis Judicialis derivationem. Descendit autem à verbo Latino REFERRE, & nomine JUDICII, unde per compositionem dicitur nostra Disputatio agere de RELATIONE JUDICIALI; quia ista semper in loco Iudicii de Actis Judicialibus, sive contentiosâ Jurisdictione perficitur, ad differentiam Relationis extrajudicialis.

Exegetis.

Quoniam Ulpianus l. 1. ff. de Inst. & Jur. sic orditur, Juri operam daturum nosse oportet, unde Juris nomen descendat, parili modo ab instituto meo non alienum esse puto, si insistendo illius vestigiis, jam indicavi unde Rubrica Disputationis nostræ derivata & composita sit. Nam rei propositæ vim aperit, & non mediocriter illustrat, usumque habet necessarium, quoties interpretatione res, de quæ queritur, eget, ut scribit Quintil. lib. 1. Inst. Orat. De Etymologia, sive verbo Referre, & nomine Iudicii, vide Ambrosium Calepinum. Interim ex inscriptione per se patet, quod nostra Disputatio excludat Relationem extrajudicalem. Quæ dici potest Narratio à Persona publica Princi de desideriis Supplicantium facta, quando Partes aliquid pro Jure sive beneficio petierunt. Ad hoc munus autem olim certi Referendarii constituti fuerunt, quorum alii Referendarii majoris Ecclesiæ, alii, qui de Jurisdictione contentiosâ simul referebant, ut infra dicetur; Referendarii Sacri Palatii dicebantur. Iste specialiter ordinati erant ad majoris Ecclesiæ negotia Princi referenda, Novell. 6. cap. 3. in fin. Erat autem hæc Ecclesia major, quæ & magna appellatur, l. 17. & l. 18. Cod. de SS. Eccl. Constantinopolitana, Novell. 7. in princ. & majorem habebat

præ cæteris autoritatem, l. 14. Cod. de SS. Eccles. Ideò etiam necesse erat, ne confusio oriretur, ut per constitutum Referendarium Principi negotia obvenientia referrentur, quæ autem sine Literis Systaticis, à Metropolitanu Episcopo, aut Metropolitæ à Patriarchâ datis, per Referendarium Principi non deferebantur. Itaque si legitimo modo exposita erant; & iusta erat petitio, statim Supplicantes per Referendarios Santissimæ majoris Ecclesie, aut per Religiosos Apocrisiarios ferebant Responsum, si verò iusta, è vestigio debebant reverti, unde venerant, dict. Novell. 6. cap. 3. & Novell. 123. cap. 9. Cujac. ad Novell. 6. junge Stypmann. dict. tractat. de Referendar. cap. 1. num. 75. cum seqq. Hodiè verò maiores Ecclesiæ sua negotia plerumque per Syndicos Capitulorum vel Canonicos expedire, testatur jam allegatus Stypmann. dict. loc. num. 82. Qui verò referebant, sive recitabant Principi desideria Supplicum & Mandata Principis, sive Sacras Jussiones insinuabant Judicibus, Referendarii Sacri Palatii nominabantur, Novell. 113. & Novell. 124. l. 2. Cod. de Officio ejus qui vicem alicuius Judicis. Hisce duabus autem Partibus Officii contenti esse & fungi debebant, non autem immiscere se Causis, vel prehendendo Litigatores, vel exigendo Satisfactionem, vel adigendo eos ad aliquam Pactionem, vel Transactionem, argum. l. culpa est. 36 ff. 5. de Regul. Jur. Et hoc Officium Referendarii etiam hodiè in Aula Imperiali receptum, & Andream Gailium, itemque Hubertum Giphanium 6. eo functos fuisse, notat Rittershusius part. 9. cap. 7. in fin. At hos Referendarios nunc Cancellarios vocari, qui illorum exemplo singulorum desideria & supplices Libellos cognoscunt, summatimque ad Principem referunt, & ejusdem super his Decreta proferunt, scribit Matth. Wesenbec. in Oeconomia Novellarum ad Novell. 10. ubi ad id allegat Cassiodorum lib. 6. de Rescript. A Sacro Palatio autem dicebantur Referendarii Sacri Palatii. De origine vocis Palatii, agit Varro de Lingua Latina lib. 4. §. 8. Sunt verò Palatia loca, usibus Imperialis Majestatis destinata, & velut consecrata, l. quicunque. 17. Cod. de Operibus publicis. Unde etiam Sacra & Sacratissima appellantur, l. nulli Judicum. 14. Cod. de Officio Rectoris Provincie. & ab omni privatorum usu & communi habitatione excepta, l. unic. Cod. de Palatiis & Domibus Dominicis. Similiter Palatium nuncupatur Aula Cæsaris in l. ex Aula nostra. 3. Cod. de Privilegiis eorum qui in Sacro Palatio militant. Ejusmodi Domus habentur in Civitatibus plerisque Imperialibus, puta Aquisgrani, item Goslarie, & Norimbergæ. De Palatiis Principum Chassanæus Scriptum reliquit, illa importare talem Securitatem, ut offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur, & illud observari in omnibus Palatiis, etiam Pontificis, qui tamen præ aliis Misericordiæ

ricordiâ uti debet, Chassanæ. de Gloria Mundi part. 5. considerat. 24. num. 25. in §. Videlius. Germanis dicitur der Burg-Frieden. Ab hujusmodi Palatio Imperatorio habet is Comes suam appellationem, qui Sacri Palatii Comes in Constitutionibus Principum appellari solet, & in l. 1. Cod. de Officio Rectoris Provinciae. Comes Divinae Domus nuncupatur. Ab hoc Palatio etiam Palatini dicuntur, qui in Palatio Imperatoris militant, & ad aliquod Principis Ministerium, Procurationem sibi commissam habent, de quorum Privilegiis agitur in Cod. tit. de Privilegiis eorum qui in Sacro Palatio militant. Palatii verò Comites tandem in Germania ad eam Dignitatem & Eminentiam evecti sunt, ut qui ad Rheum sunt, non solum sint Principes, sed & inter Seculares Electores primas teneant, &, sede vacante, Imperii sint Vicarii unâ cum Electore Saxonie, Aurea Bulla Caroli IV. cap. 5. Matth. Stephan. ad Novell. 10. per tot. plura vide apud Stypmann. de Referendar. cap. 1. num. 83. & seqq.

Aphorismus 2.

Derivationem excipit Homonymia. Inter cæteras verò significaciones in primis accipitur: pro Consultatione, quando Judex consuluit Principem, in causa ardua quomodo fit procedendum: pro Transmissione Processus ex Delegatione, usque ad Sententiam exclusive consummatio: pro incompetencia Jurisdictionis: pro Relatione, que fit in Regno communiter in Sacro Consilio & in magna Curia Vicaria: pro Transmissione Cause ad Consilium Jurisperiti: pro Refutatione aut Delatione Appellationis interpositæ: item pro Consultatione de certa poena infligenda. Quæ Significationes Relationum autem multis parasangis distant à nostra notatione Relationis Judicialis, infra describenda.

Multifariam accipi referre, vid. Matth. Wesenbec. in Pandect. de Appellation. num. 4. & supra allegat. Calepin. Hinc Relationem etiam diversimodè sumi testatur Stypmann. dict. loc. num. 22. & seqq. usque ad num. 42. item Joh. Calvin. Lexic. Jurid. in voce Relationis. In primis autem à Roberto Maranta in Speculo Aureo part. 6. actu secundo, & quandoque appellatur. num. 7. 8. & 9. quintupliciter vox Relationis accipitur. PRIMO enim ipsi dicitur Relationis, quando Judex consuluit Principem, puta in aliqua causa ardua; & exspectat Responseum Principis in illa causa, qualiter habeat in eo procedere; ut notat Speculator in tit. Cod. de Relation. in princ. & de hac Relatione loquitur text. in l. si quis. 1. & l. si quando. ult. Cod. de Relation. & ibi Bar-

Bartol. & Bald. & in cap. intimasti. 68. de Appellation. & ibi per Philip. & Dd. SECUNDO modo dicitur Relatio, quæ fit ex necessitate Delegationis, ut quando Princeps, vel alius Superior delegat aliquam causam alicui, cum potestate procedendi usque ad Sententiam exclusivè, & completo Processu ipsam transmittat Principi decidendam. Nam illa Transmissio Processus dicitur Relatio, & de hac tractatur in cap. constitutus. 45. de Appellation. & tangunt Abbas, Philip. & Cardinal. in dict. cap. intimasti. 68. eod. tit. ubi plus dicunt, quod si est statutum tempus procedendi per Principem, puta, ut procedat infra duos Menses, & postea Processum referat, non potest Delegatus referre, nisi finito termino: quia Processus debet expediri infra Terminum: Relatio vero debet fieri post Terminum; alias non valet, nisi de consensu utriusque Partis: ita tenet Philip. in dict. cap. intimasti. 68. col. 3. verf. secundo fit relatio &c. ubi etiam Cardinal. in 1. col. TERTIO modo dicitur Relatio, quæ fit ex Natura Causæ, ut, quia est aliqua causa major, puta Feudalis, de qua Judex inferior cognoscere non potest: nam debeat eam referre ad Superiorem Judicem competentem, ut habetur in cap. majores. 3. de Baptismo. & in cap. ut debitus. 59. & dict. cap. intimasti. 68. de Appellation. & ibi etiam Philip. in 3. col. QUARTO modo dicitur Relatio, quæ fit in Regno, communiter in Sacro Consilio, & in magna Curia Vicariæ, videlicet, quando Vice-Protonotarius committit causam in Consilio devolutam uni ex Regiis Consiliariis, ut fabricato Processu in Sacro Consilio referat. Similiter, quando Regens magnæ Curiae committit causam alicui Jurisperito, vel uniuersitate ex Judicibus, ut fabricato Processu referat Votum suum; nam in isto casu ille Commissarius procedit solus in causa, & facit Processum, usque ad Conclusionem inclusivè; & deinde scribit Votum suum, & ipsum refert in Consilio, vel in magna Curia, unà cum toto Processu, & secundum ejus Votum profertur Sententia per totum Consilium, quatenus ipsi Sacro Consilio justum videtur, & figuratur Sententia sub nomine Consilii seu Regis Majestatis. Et de hac Relatione est ritus magnæ Curiae in num. 61. ibi qui incip. Item servat dicta Curia committere causas, & de hac Relatione loquuntur duæ Decisiones Consil. Neapolitan. quarum una est num. 28. & alia num. 47. QUINTO modo dicitur Relatio, quando petitur Consilium Jurisperiti in aliqua causa, puta, quando Judex vult ferre Sententiam secundum Consilium Jurisperiti: Nam tunc transmittit Processum Jurisperito, unà cum Literis Relationis, in quibus Literis narrat Casum, super quo consuluit ipsum: ita appellatur Relatio, quia refert se ad Consilium Jurisperiti. Et tenetur in Narratione Casus referre totam Causam pro utraque parte; alias Pars quæ lèditur, potest appell-

appellare ab ipsa formatione puncti, ita plenè Philip. in cap. intimasti. 68. in 3. not. de Appellation. ubi amplius dicitur, quòd quando Judex vult figurare Casum, seu Punctum transmittendum Jurisperito, debet illum formare in præsentia utriusque Partis, & de eo debet dare Copiam Partibus, si voluerint, & talis Copia debet esse in forma authentica, cum Sigillo Notarii, & hoc fit, ne aliqua Partium lèdatur in formatione Casus, si forte tacerentur Jura alterius Partis: si autem Partes discordarent in formatione Puncti, tunc Judex ex suo Officio, in Contumaciam potest Punctum formare, Philip. in dict. cap. intimasti. 68. & ibi etiam Abbas & Cardinal. Notandum autem apud Marantam dict. loc. num. 9. quòd Copia Literarum Judicis, in quibus scribitur Casus transmittendus Jurisperito pro Consilio, petenti danda sit, non autem Nomen Jurisperiti, quando secreto mittitur ad Jurisperitum, allegatis aliis suspectis, ad hoc ne ille Jurisperitus possit subornari vel trahi, ad Votum alterius Partis. Sed quando publicè mittitur, puta voluntate Partium, tunc debet edi etiam Nomen Jurisperiti. Quod & hodiè Judices in petendis Sententiis à Sede aliquâ, ut loquuntur, Seabinali facere convenit, vide Matth. Wesenbec. in Pandect. de Appellation. num. 12. in fin. Alio modo etiam Relatio sumitur: quando enim ad Judicem, ad quem appellatum est, refert Appellationem interpositam fulcepisse, aut eam refutasse, & cur non receperit, indicat: aut Princi significat, sibi videri certam poenam, puta Deportationem irrogandam, quam ipse inconsulto Principe infligere non potest. Quomodo etiam aliter accipi possit Relatio, Jul. Pac. Isagog. in Digest. lib. 49. tit. 1. de Appellation. & Relation. videndus.

Aphorismus 3.

Homonymiam sequitur Synonymia. Dicitur autem Relatio Judicialis modò relatus: modò Commemoratio: modò Recitatio: modò Propositio: modò Votum: modò Narratio Negotii aut Litis obvenientis, cum adjuncta Referentis super eo Sententia. Quarum Appellationum postrema nobis arridet.

Videatur Wesenbec. in Pandect. de Appellation. num. 4. item Stypmann. de Referendur. cap. 1. Jacob. Blum. Process. Cameral. tit. 75. de Sentent. num. 25.

Aphorismus 4.

Puto autem, hanc Relationem originem traxisse ex Abrogatione primævæ Relationis, à Justiniano facta. De qua Sectione

Prima egimus. Et postea in Judiciis, ob celeriorem expeditionem Causarum Judicialium, certam Formam referendi esse introductam. Et ita secundum Excellentiam hodiè, & magis propriè dici hanc speciem Relationem Judicialem.

SECTIO TERTIA, De reali hodiernæ Relationis Judicialis Definitione & Divisione.

Aphorismus I.

Ordo nunc tangit definitionem ipsam. Definiri verò potest, ut mihi videtur, hoc modo in genere, quòd sit, Narratio vel Recitatio Negotii aut Litis obvenientis, aut cum, aut sine Referentis super ea Sententia. In specie verò, & de qua nos sumus acturi, quòd Relatio Judicialis sit congrua & fidelis narratio, facta à Re- aut Correferente Collegis suis in Judicio de Actis Judicialibus submissis à Partibus litigantibus propositis, secundum Formam Processus & Merita Causæ, cum Voto suo, ad explorandum super eo Collegarum suorum Vota, num concepta ab ipso Sententia sit inter Partes publicanda, nec ne.

Exegesis.

1. **C**um omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debeat à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur, Cicero lib. 1. Offic. rectè etiam Tractatum sive Disputationem nostram definitione ipsâ, post definitionem nominis, quâ nominis sive vocis per alias voces aequipollentes explicata est definitio, Everhard. in loc. 3. à definitione. num. 4. verb. definitio duplex &c. continuo. Quoniam autem definitio rei, quæ essentiam, aut Causas, aut Partes, aut accidentia rei explicat, quadruplex est; & Essentialis, quæ ex genere & differentiâ specificâ essentiam rei & naturam declarat; Causalit, quæ causas tam formales, quâm materiales, item tam efficientes, quâm finales rei definitæ tradit: Partialis, quâ res ad definiendum proposita, quasi in partes discripitur: Accidentalis, cùm non tam quid sit res, quâm
- 2.

quâm qualis sit, explicat, ut quæ ex Accidentibus duntaxat, conflatur, & ita propriè descriptio appellatur, Everhard. dict. loc. Itaque ex ipsa definitione traditâ liquet, illam esse magis causalem, quâm essentialem. Nam raro in Jure, quippe cum veris differentiis destituamur, reperiuntur definitiones essentiales. Hinc etiam non absque re traditur in l. omnis. 202. de Regul. Jur. omnem definitionem in Jure esse periculostam. Quapropter etiam & nos contenti esse volumus causali definitione. Et licet in nostra definitione *LOCO Generis* possint accipi hæc verba: Congrua & fidelis Narratio à Re- & Correferente facta; *LOCO Differentia verò specifica*: Collegis suis in Judicio de Actis Judicialibus submissis à Partibus propositis, secundum Formam Processus & Merita Causæ, cum Voto suo ad explorandum super eo Collegarum suorum Vota, num concepta ab ipso Sententia sit inter Partes publicanda, nec ne; attamen hæc interpretatione in omnibus Judiciis locum non obtinet. Quare nostrâ definitione, ut ad usitatas Judiciales Relationes applicari possit, intellectam volumus causalem definitionem. Et per vocem *Narrationis* non solum oralem tantum, sed etiam eam, quæ per recitationem ex Schedis, & quocunq; alio modo fieri solet, intelligamus; Posthabito quoque quorundam Judiciorum ritu, sive ab uno Referente, sive à pluribus Correferentibus expedienda sit Relatio. Voce *Collegarum* autem includimus omnes Personas Judicii, sive sint in æquali dignitate, sive in inæquali dignitate constituti, modò omnes omnino gaudeant pari potestate libere votandi & judicandi. Verbis autem, *DE ACTIS JUDICIALIBUS SUBMISSIVIS* intelligimus, sive partes ipsæ in causa expressæ vel tacite concluserunt, sive Causa à Judice in Contumaciam, sive à Lege pro conclusa fuit habita. Quæ autem ad majorem explanationem adhuc desiderari possunt, subsequentia monebunt, quò me brevitatis studio remitto.

Aphorismus 2.

Data Definitione proximum est de Divisione differere, id quod pares expediam. Dividi autem potest Relatio in genere sic dicta (1.) ratione Subjecti & Formæ; Quod quædam fiat alio modo ad Superiorē, de qua Aphorism. 5. Section. I. alia ad Consilium Ju- rispitorum, quæ in specie Transmissio Actorum vocatur: alia alio modo ad pares, de qua Aphorismo præcedenti hujus Sectionis, & quæ est nostri instituti: alia auf das Land & Gericht.

1. Omnes in Aphorismo hoc propositas Species ratione Subjecti ad quod, & Formâ, sive Modo Referendi differre, facile reprehendet is, qui definitionem Relationis Judicialis, quæ *Aphorism. præced.* delineata est, & de qua nobis sermo erit, intuebitur. Unde non necessarium duco, harum Relationum convenientiam, ut & disconvenientiam cum
2. nostra Relatione Judiciali pluribus indicare. Hoc tantum de Relatione, quæ fit ad Superiorum, de qua *Aphorism. 5. & 6. Section. I. dictum*, adhuc monendum censeo; quod illa maximè hodiè observetur (1.) in Commissionibus, uti vocant; (2.) In Delegationibus, quando Causa & Controversia committitur ad referendum; (3.) Wann der Delegatus seinen Bericht erstatten soll; Item (3.) quando Judex Superior ad Supplicationem & Petitionem Partis rescribit, vel mandat Inferiori, ut qualitatem negotii referat, & interea ab ulteriori cognitione abstineat; (4.) In Causa Appellationis, qui modus in Terris Saxonicas observatur: quando scilicet Judex Inferior dubitat, an Appellationem admittere vel rejicere debeat; quo in casu loco Apostolorum Reverentialium vel Refutatoriorum, Negotium & Qualitatem Causæ Judici Superiori referre solet, ejusque discretioni & arbitrio relinquere, quid porrò sit statuendum, & quomodo procedendum. Interea autem Judex Inferior à Processu ulteriori abstinere debet, donec Superior, in cuius arbitrio positum est, Appellationem recipere vel non, rescriperit, mentemque suam declaraverit, Carpzov. in *Process. Jur. tit. 18. artic. 28. num. 73.* Idem cautum est in *Ordinat. Magdeburg. cap. 44.* Von der Appellation. §. Wie dann unsere Canzler und Räthe ic. verb. Dah in beyden Fällen zuvor und ehe die Appellations angenommen oder abgeschlagen / jedesmal nothwendig Bericht einzuholen. Hujusmodi etiam Relationes requiruntur ab Inferiori Judice, si Gravatus coram Notario & Testibus Appellationem interposuerit, ut videre est ex *Ordinat. Curie Provinc. Saxon. noviss. cap. 35.* §. Es soll aber auch ic. hisce formalibus: Wo auch eine Appellation vor Notarien und Zeugen eingewendet würde/ soll sie alß bald bey dem Ober-Richter angebracht/ und wann das Hof-Gericht darüber vernommen / ferner um Bescheid und Inhibition angehalten werden. (5.) In omnibus Causis Prohibitivis, in quibus Judex nihil decidere debet, sed eas referre ad Superiorum: Ita benè constitutum in Ducatu Brunswic. & Lüneburg. durch den Gauversheimischen Land-Tags-Abschied de Anno 1601. §. Zum Ein und Zwanzigsten ic. de novis Edificiis exstruendis: Soll in/ an/ und bey denen Dörfern dieses Fürstenthums/ ohne des gnädigen Landes-Fürsten außdrückliche Bewilligung/ (deshwegen dann jederzeit die Interessenten darauf zu hören/ und ehe Seine Fürstliche Gnaden willigen/ gewisse Kundschafft einzugeben)

einzunehmen) den Dorffschäften an Hute und Weyde/ Mast und Holzung/ zu Schaden und Nachtheil/ weiter und ferner neue Stätte oder Plätze zu bebauen nicht verfasset/ sondern vielmehr/ was diesem zuwider/ nach Absterben hochgedachten Fürstens geschehen/ wann es sub- & obreptiè erhalten/ abgeschafft/ oder nach billigen Dingen restringirt werden. Quæri itaque hic primo potest: An Judex contra eum, qui sine Consensu Superioris Edificia exstruxerit, inconsulto Principe, cognoscere, & Sententiam ferre queat? Affirm. Nam ut violans coercentur, de violationis accusatione cognoscere, & Sententiam ferre potest: Sed ratihabere exstructionem contra prohibitionem factam sine Relatione ad Principem, & Consensu Principis non potest: quia de mente illius aliquid statuere, ad Reservata Principis & Superioris pertinet, Mevius part. 9. decif. 34. num. 3. item part. 5. decif. 306. per tor. Porro queritur: An Judex Edificia per Jus vetita permettere possit, sub Cautione de demoliendo? Negat. Quia Legis transgressio sub cautione aliquâ nunquam est licita; ita nec permittendum, contra illam sub satisdatione de demoliendo. Quippe ista cautio expresse contrariatur prohibitioni Legis, quæ fundat Nunciantis, & improbat Edificantis intentionem. Ideo exigit tamdiu differri novitatem, donec, qui intendit, docet se à Lege exematum, aut non obstrictum, Mevius part. 6. decif. 140. idem ad *Jus Lubec. tit. 12. ad artic. 15. lib. 3. in addit. pag. mihi 257. verb. Contrariatur &c.* (6.) In Pagis & Oppidis minoribus, ubi Judex Inferior plerumque causam ad Superiorum remittit, ut scilicet is, examinatis ipsius Causæ Meritis, Judicem Inferiorem instruat, doceatque, qualiter & quomodo Sententiam ferre debeat, Peretz. ad *Cod. de Relation. num. 6.* Richter. ad *Authent. Novo Jure. Cod. lib. 7. tit. 61. de Relation.* Quod etiam Relatio ad Consilium Jurisperitorum, quæ alias Transmissio Astorum vocatur, inter Species Relationum Judicialium referatur, testatur supra allegatus Richterus dict. loc. num. 6. Moribus etiam usitatum videmus, Causas ad Consilium Sapientum, vel Jurisconsultorum referri, &, Relatione durante, suspensi Jurisdictionem Judicis, cap. 52. X. de Election. Quin etiam nonnullis in locis, maximè in Pagis & Oppidis minoribus, vix aliquid arbitrio Judicum relictum est; sed ita præceptum, ut sequi teneantur Consilium Jurisperitorum in Sententia ferenda; quæ proinde, si aliter tulerint, ipso jure non valet. Quod etiam non absque ratione constitutum est, ut Magistratus minorum locorum, in quibus rara vel nulla Peritorum copia est, Consilio, quod in majoribus Urbibus est, adjuvetur, aut suppleatur, Peretz. ad *Cod. de Relation. num. 6.* item ad *Cod. de Sentent. & Interlocut. num. 14.* In Ducatu autem Brunswic. & Lüneburg. Inferioribus

Judicibus Pagorum & Oppidorum, si ipsi pro arbitrio judicare, aut si in Consilium de ferendâ Sententia unum aut plures Doctores adhibere velint, liberum relictum est. Attamen Transmissione Actorum ab una parte petrâ, Sun ptibus petentis; si ab utraque parte, utriusque Sumtibus, illam decernere, & secundum Tenorem Sententiae Jurisperitorum judicare tenentur, Fürstl. Braunschweig - Lüneburgische Cangley-Ordnung §. 7. tit. 38. Von den Unter-Gerichten auf dem Lande und in den Städten unsers Fürstenthums/ wie an denselben procediret / und die Gerichts-Acta aufgeschrieben werden sollen. Verum in Cancellariâ petitâ Transmissione certo modo restricta videtur, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung tit. 28. §. 6. hisce formalibus: Dafern jedoch unsere Fürstliche Regierung würde befinden / daß die gesuchte Transmission nur zum vorstehlichen Aufenthalt der Sachen angesehen / so soll dieselbe nicht zugelassen werden. Verum ex Officio Judicis Transmissione Actorum demandata Sumptibus utriusque partis facienda, Schrader. de Feud. part. 10. sect. 14. num. 57. junge dict. tit. 28. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung §. 10. Falls auch die Transmission Actorum aus sonderbaren erheblichen Ursachen ex Officio erkannt würde/ sollen alle Partheyen die darzu erforderete Kosten zu gleichem Theil stehn / und bey der Rotulation jedweder seine Quotam unschärbar erlegen / oder gewärtig seyn / daß dieselbe zu Beförderung der Justiz durch schleunigste Executions-Mittel von den Säumhaften sofort abgelanger werde. Quoniam autem Partes contra unum vel alterum Collegium, ex inanibus & futilibus causis, ut tantum eò longius Acta mittantur, & seriùs Sententia pronuncietur, excipere solent; utiliter igitur constitueretur, ut non attenderetur talis Protestatio; nisi pars recusans Rationes alleget evidentes, cur illud Collegium sibi sit suspectum; quia malitiosa & calumniosa Recusatio contemenda, argumento eorum, quae in simili habet, Lancellot. de Attentat. part. 2. cap. 9. num. 17. Quare etiam optimè supra allegat. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung dict. tit. 28. §. 12. constitutum, ut Partibus plures, quam duas Facultates Juridicas, in Actu Inrotulationis eximere non licitum sit, ita, ut si forte utraque pars eandem Facultatem excipiatur, tamen utrique parti excepta ad numerum excipiendarum Facultatum sit adscribenda, non attentâ Protestatione de aliis exemptis Academiis in Scriptis ante Actum Inrotulationis factâ; Formalia enim sic sonant: Nachdem auch die Erfahrung bezeuget / daß die Partheyen bey Verschickung der ergangenen Acten, der ihnen erlaubten Exemption einer oder mehreren Juristen-Facultäten auf den Academien dermaßen missbrauchen/ daß sie nicht allein ohne erhebliche Ursach die nächstgelegene Universitäten/ sondern auf

auch durch ihre bestellte Anwälde in solcher Menge zu eximire und aufzunehmen pflegen / daß fast wenig/ oder doch diejenige allein überbleiben/ welche auf viele Meilen Weges und eine weite Reise von hinnen entlegen seyn/ und mit der Partheyen desto höheren Unkosten und Aufenthalt der Sachen/ die Acta anderswo hin fortgeschickt werden müssen/ dahero dann zum öffern viel Ungelegenheit entstanden; So ordnen und wollen wir/ solchem Unheil und bisher herfür geblickten Inconvenientien vorzubeugen/ hiermit und Krafft dieses/ daß nun und hinfür bey Verschickung der Acten, jeder Parthey mehr nicht/ als zum höchsten zwey Academien in specie zu eximire vergönnet seyn/ und sie darauf/ und weiters nicht/ ihre ad Acta bestellte Procuratores instruieren sollen/ und zwar mit dieser ausdrücklichen Bescheidenheit / wann ein Theil eine oder mehr Academien aufgenommen/ und der andere Theil eben dieselbe eximiret / daß solche einem jeden Theil angerechnet / und also nicht mehr/ als die zwey eximiret seyn sollen. Et porro §. 13. Würde aber ein oder anderer Theil/ dieser Verordnung zu wider/ ein mehreres aufzunehmen sich gelüsten lassen/ soll nichts desto minder der Fürstlichen Raths-Stuben bevor und frey stehen/ die Acta auf die über die eximirt befindliche Academien nach Belieben zu verschicken/ und von dannen die Sentenz einholen zu lassen; immassen dann auch nur die Facultäten eximiret seyn sollen/ deren in ipso Inrotulationis Actu ausdrücklich gedacht/ keinesweges aber attendiret werden/ wann etwa ein oder anderer Theil in denen vorhin eingebrachten Producten Erwehnung gethan/ daß an diesen oder jenen Ort die Acta nicht geschickt werden möchten. Cum verò illud Collegium, quod uni litigantium parti Consilium suppeditaverit, suspectum sit alteri parti, Marant. part. 6. de Appellation. num. 52. & quos allegat Schrader. dict. loc. num. 20. ideo Brunnemann. Process. For. cap. 27. num. 7. putat, huic periculo dupli viâ obviam iri posse, vel, ut jubeantur Partes ante Inrotulationem Judici significare, quorum Sapientum vel Collegiorum Consilio & operâ quis usus sit in illa causa, ut eos Juxdex evitare possit, Schrader. dict. loc. num. 20. licet ipse dubitet num. 29. vel ut possint Acta transmitti ad Collegium, eâ conditione in Literis expressâ, ut si Collegium de causa hac ab una parte consultum fuerit, illique responderit, Acta integra & non aperta statim remittantur; vel, si unus ex Collegio consultus operam suam navaverit uni parti, is à Deliberatione & Voto pro hac vice abstineat. Cujus Doctrina etiam concordat ex parte cum supra allegat. Fürstl. Braunschweig. Lüneburg. Cangley-Ordnung dict. tit. 28. §. 14. Solte auch von einem oder beyden Theilen begehret werden/ sich bey der Rotulation zu erklären/ von welchen hohen Schulen ex Informationes einholen lassen/ soll solches aufrichtig einjedem

der zu entdecken verbunden seyn: altermassen dann auch dem an die Facultät abgehenden Schreiben aufdrücklich einzurüsten / daß daferne sie in dieser Sache vorhin *consultaret* / alßdann die *Acta* ohne Abfassung des Rechts-Spruchs lediglich zurück geschicket werden möchten; auf welchen Fall dann derjenige / so die eingeholte Befehlung verschwiegen / die vergeblich verursachte Kosten unverzüglich herbe tragen soll. In Actu Inrotulationis autem, à Partibus Acta cum Actis Manualibus conferenda, &c, si quid deficit, supplenda, & demum inrotulanda, consignanda tam Judicis quam Partium Sigillo, ut traditur in dict. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung tit. 28. §. 9. verb. Vom *Attuario* versiegelt / und den Parthenen/ wann sie wollen / die Mit-Besiegelung unvermeidert zugelassen werden: ne Actis aliquid dematur, vel addatur heterogeneum, Schrader. citat. loc. num. 31. Et sic Transmissio, ut plurimum in scissis Partibus, ad Collegium aliquod, nisi utraque pars in Collegium certum compromiserit, Schrader. dict. loc. num. 38. maturanda, Brunnemann. dict. loc. num. 8. Quæritur (1.) hīc: An Protocolla Judicialia necessariò Actis transmittendis adjungenda? Affirm. hoc cum Brunnemann. Process. For. cap. i. num. 81. licet de Stylo quibusdam in locis, ut & in Consistorio, & Cancellaria Brunsuic. & Lüneburg. aliter sit receptum. Quæritur (2.) An non in Literis, ad Consilium Sapientum transmittendis, Judex Statuta Quæstionis delineare possit? Disting. cum Brunnemann. dict. loc. num. 9. aut Judex ex Actis elicit Puncta, quæ in Controversiam veniunt, & ea in Literis ad Collegium datis recenset, ut Collegium eò minùs à vero Controversiæ Statu aberrare, nec unum adeò Membrum controversum negligere, & ita Nullitatem non committere possit, per l. in hoc judicio. 27. ff. famil. eriscund. & hoc modo potest. Utile autem foret, si hæc Puncta, praesentibus Partibus, quamvis raro hoc fiat, teste Experienciâ, elicantur, Schrader. dict. loc. num. 34. aut Merita Causæ in Literis tractat, & hoc non licet. Cavendum interim etiam, ne alias Misiva à Partibus unà transmittantur, Cothmann. volum. 3. consil. 5. num. 2. 7. & 23. Ideò hunc modum, quem tradit allegat. Brunnemann. dict. loc. probo, ut locus, ad quem Acta transmittenda, tunc demum, cùm portâ egressus Tabellarius est, sit declarandus. Quæritur (3.) An Revocatio Transmissionis semel decreta à Judice fieri possit? Affirm. [1.] Quando Pars, quæ petuit Transmissionem, in solvendis Sportulis moram necit, Lancellot. de Attentat. part. 2. num. 20. quò etiam spectat allegat. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung dict. tit. 28. §. 8. Im Fall auch die Erlegung der Verschickungs-Gelder von dem welcher die Verschickung gesucht hat / in Termino nicht erfolgen würde/ so sollen die *Acta* ohne

ohne Verzug einem von unsern Räthen *ad referendum* zugestelllet / und folgends bey unserer Cangley die Urtheil abgefossen und publiciret werden. [2.] Quando utraque Pars petit, ut ipse Judex cognoscat, vel [3.] quod appareat, per calumniam Transmissionem esse petitam, addatur dict. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung tit. 28. §. 6. & allegatus Brunnemann. dict. loc. num. 11. Demum Actis clausis, cumque Sententiâ remissis ad Judicem, qui transmisit, debet Judex citare Partes ad aperienda & resignanda Acta, ut & ad Publicationem Sententiae, videatur Schrader. dict. loc. num. 35. Interim silentio hīc non prætereo, quod insuper de Stylo Cancellariae & Judicij Aulici in Ducatu Brunsuic. & Lüneburgic. in Termino publicandæ Sententiae sub poenâ Executio-nis refundendæ Expensæ residuæ, si Sumptus majores transmissa Acta, quam in Actu Inrotulationis sunt subministrati, requisiverint, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordn. tit. 29. §. 1. & 2. So bald eine von außwärtigen Rechts-Gelehrten eingeholte Urtheil einfällt / oder bey unserer Fürstlichen Cangley nach abgesetzter Relation beliebet ist / soll Termi-nus ad audiendum Sententiam angezeigt / und dero Behuf gehörige *Citatio* an die Parthenen aufgelassen werden. §. 2. Würde dann nach vorgegan-ger Verschickung bey denen wieder eingelangten Acten sich befinden / daß die in Actu Inrotulationis erlegte Verschickungs-Kosten nicht zureichen wol-ten / soll der noch mangelnde Rest in der Citation benennet / und in Termino publicandæ Sententiae gegen erlangende Special-Rechnung (wie droben Tit. 5. §. fin. verordnet) ohne einigen Verzug / bey Vermeidung schleunigster Exe-cution, erleget werden / damit die andere Parthey nicht vergeblich aufgehal-ten werde ; junge Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Gerichts-Ordnung tit. 65. §. Da aber ic. ult. Quæritur autem [4.] An Transmissio petita redundet in tacitam exprobationem Judicis? Disting. Licet videatur Transmissio fieri cum tacita exprobatione Judicis; veruntamen illud indistinctè non est. In genere enim Officium Judicis, maximè justa Principia Moralia, in tribus consistit: I. Ut ille judicandi autoritate sit instructus, argum. IV. Polit. 4. 8. 14. 16. l. 78. ff. de Judic. ne Judicium tan-tum usurpatum exerceat. II. Agat secundum rectam rationem, VI. Ethic. 13. ut Judicium temerarium evitetur, ad quod verò tria iterum necessaria sunt: (1.) Cognitio Facti, de quo Controversia; (2.) Scien-tia Legum Reipubl. juxta quas lis decidenda; & (3.) ipsa Decisio. III. Judex solum Justitiae amore judicet, V. eodem 7. & IV. 2. l. 137. §. 2. ff. de verbor. obligat. precibus, odio, irâ, aliòve affectu minimè corruptus, III. Polit. 5. & 16. I. Rhet. 1. ne Judicium illegitimum vel injustum audia-tur. Jam verò illa plerisque in Locis, maximè in Pagis & Oppidis mi-nori-

noribus, Judicis conditio est, ut non sit imbutus notitiâ rerum divinarum & humanarum, hoc est, Legum in Republ. receptarum, justique & justi Scientiâ. Deinde, licet Judge sit instructus Dicasticâ Jurisprudentiâ, subinde tamen accidit, illum affectibus duci, existere suspicatum, negligentem, multâ negotiorum mole obrutum. Interdum causa adeo anceps est, ut distractus Judicis animus nelciat, quid potissimum sit amplectendum. Ne ergo injustum sit Judicium, ut fiat Transmissio Actorum Reipubl. opus est; ne alioquin Justitiae, quæ optimus ejus finis, & tranquillitati officiatur. Interim autem bonus Judge recte facit, si illam usurpat tantum in causis magni momenti; ut innuere videtur Imperator Carolus V. Peinl. Halsz-Ger. Ordnung art. 105. 219. & multis aliis: quomodo etiam intelligendum puto, quod de eâdem memoratum est, in Novissimo Imperii Recessu An. 1654. §. Doch mit diesem Zusatz sc. 113. addatur Henning. Rennemann. de Jure Transmissionis Actorum. & Petrus Scala de Consilio Sapientum. Henr. Hahn. Dissertat. de Process. Forens. s. thes. 77. Restat nunc ultima Species Relationis Judicialis aufs Land-Gericht/ quæ fermè ubique locorum recepta, ut experientia ipsa testatur. De forma autem referendi in Ducatu Brunswic. & Lüneburg. sufficit nobis suprà dictam Fürstl. Braunschw. Lüneb. Cangley-Ordn. hîc allegare. Ordinatio autem hisce Formalibus seie tit. 38. §. 11. habet: Und weil auch bey unsfern Kleintern hergebracht/ daß alljährig die Land-Gerichte gehalten/ und über die das Jahr über angesetzte Wrogen erkannt werde/ so lassen wir es daher auch bewenden/ wollen auch/ daß zu Verhütung der Unkosten/ und damit die Land-Gerichte desto ehender zum Ende gebracht werden/ jedes Orts Amtmann vorher auf jegliches Datum, so nach Landes-Gewohnheit dahin gehöret/ und zur Wroge angegeben ist/ mit Fleiß inquiriren/ dessen wahrhaftie Bewandtniß einziehen/ die Leute umständlich darüber hören/ und also keine andere/ als gestandene oder genugsam erkundigte Sachen auf das Land-Gericht bringen soll. Worauf dann den schuldig befundenen die Strafe nach Gelegenheit des Verbrechens/ Vermögens/ und dem alten Herkommen gemäß/ nicht aber zu excessiv, anzusezen/ und deswegen die alte Amts-Bücher und Bruch-Register nachzuschlagen seyn. Et haec sufficient de prima parte Divisionis Relationum Judicialium.

Aphorismus 3.

(2.) *Ratione Materiæ, quod alia sit Secularis, & Ecclesiastica; Secularis iterum vel Civilis, vel Criminalis.*

Apho-

Aphorismus 4.

(3.) *Ratione Processus, vel Primæ, vel Secundæ Instantiæ, puta Supplicationis, Quarelæ Nullitatis, Restitutionis in integrum, Revisionis Actorum, & Appellationis.*

Plura de hisce duobus Aphorismis vide in Sectionibus sequentibus, quæ satis hasce Divisiones accidentales explicabunt.

SECTIO QUARTA,

De Causa efficiente Relationis Judicialis.

Aphorismus I.

Præmissis præmittendis, ut paulò penitus in cognitionem & naturam Relationis Judicialis inquiramus, ad causam ejus efficientem manum habet admovere. Duplicem autem eam esse statuimus, remotam & proximam; Remotam esse dicimus Imperatoris & Statuum Imperii, aut eorum, qui habent Majestatem in Republica, ut & eorum, qui Regalia possident, expressam Ordinationem, aut tacitam Approbationem, Privilegium, & Præscriptionem.

Exegesis.

Q Uamvis proprium sit Imperatoris & Regum Munus judicare, ac 1. Judicium & Justitiam exercere, (nam propterea Deus hos constituit, & Populus in ipsos Imperium & Jurisdictionem contulit.) Sed quoniam gravioribus Negotiis impediti litibus interesse nequeunt, aliis hæc cura demandari coepit. Indeque non solum in Imperio & Regnis Inferiorum Judicia vigent, sed etiam in singulis ferè Regnis constituta sunt quædam Suprema Judicia, quæ nomine, vice, & auctoritate Supremi Principis, res arduas & graves dijudicant, quæ in Hispania Suprema Consilia: in Francia Curiæ, five Parlamenta appellantur; quoniam autem in Francia plures sunt numero Curiæ, eodem imperio & potestate prædictæ; Itaque singulari Appellatione qualibet utitur, utpote Curia Tholosatum, Rothomagensis, Burdegalensis, Divisionensis, Gratianopolitana, Aquitania, Parisiensis verò Curia, secundum Excellentiam, Parlamentum vocatur, sine loci adjectione, ut

D 2

tra-

- tradit Bodinus lib. 3. de Republ. cap. 1. pag. mihi 388. In Italia Rotæ, sive Schatus appellantur. In Imperio autem Romano, quo nullum Maje-
state & Jutitiatia augustius dici potest, olim ad dijudicandas omnes causas
Aula Imperatoris ejusque Curia Reichs- Hof- Rath erat Summum Tri-
bunal. Cæterum, cùm illud Judicium litium multitudini non suffi-
ret, & Imperatores sèpè gravioribus Bellicis Negotiis ac Motibus impli-
cati præesse litium dijudicationi non possent, ut testatur Maximilianus I.
Imperator im Reichs- Abschied zu Trier und Cölln de Anno 1512. §. Zum
Dritten scilicet ibi: Dietweil wir ohn Unterlaß mit so schweren Kriegs- Ge-
schäften beladen seynd und angefochten werden / daß wir in solcher Par-
theyen Händeln nicht stattlich gnug aufwarten mögen / als wir / wo wir
nicht so trefflich bemühet wären / gern thäten scilicet ipsisque Litigantibus &
Statibus incommodum magnis Expensis Imperialem adire Curiam, &
tot locis sequi, à Maximiliano I. ut Aula Cæsarea tanto litium fasce le-
varetur, & Litigantibus celerius, & non ita magnis Sumptibus Justitia
administraretur, ac in medio adversus vim & injustitiam Præsidium &
Asylon esset Camera Imperialis, qua jam Spiræ (nunc Wetzlaræ) est,
Imperatoris & Ordinum Imperii Consensu circa Annum 1495. (de cu-
jus autem diversâ mutatione videatur Jacob. Blum. Process. Camer. tit. 4.
num. 15.) instituta est, vid. Reichs- Abschied zu Augspurg de Anno 1566.
§. Nachdem dann der gemeine Frieden scilicet 72. ibi: Derowegen unser Kaiseri. Cammer- Gericht anfänglich / damit männiglich mit weniger Be-
schweruñ zu seinem Recht verholßen werden möchte / geordnet und auf-
gerichtet scilicet Theodor. Reinking. de Regim. Secular. & Ecclesiast. Sacr. Imper.
Roman. German. lib. 2. class. 2. cap. 14. num. 1. 2. 6. 8. Simul etiam Judges li-
tem dirigentes, & Assessores litem decidentes, quod totum Munus ju-
dicandi alias ad Imperatorem, ut supra dictum, propriè spectaret, or-
dinati fuerunt. Ad Officium itaque Judicis Cameralis litem dirigentis
in genere hodiè pertinet [1.] quòd Judex præscripta in Ordinatione Ca-
merali quatenus ipsum attingunt, omni diligentia, sub fide Juramenti
desuper præstiti observare teneatur, Concept. renovat. Ordinat. Camer. part. 1.
tit. 6. §. 2. in quo ipsum alia Juramenta non impedian, dict. loc. tit. 7.
§. ult. [2.] Quòd soli Judicio Camerali vacet, aliisque Negotiis absti-
neat, dict. tit. 7. princ. nec Commissionibus oneretur, dict. tit. 7. §. 1.
[3.] Cùm sit Caput, per quod omnes Causæ & Negotia vigore Ordina-
tionis diriguntur, dict. loc. part. 1. tit. 8. §. 13. Ejus Officii est in primis, om-
nes Causas, Processus & Negotia juxta Ordinationem Cameralem di-
rigere, quo circa hanc sibi benè cognitam habere, & utique diligenter
providere, quòd illa in omnibus Articulis firmiter observetur, Personas

Came-

Camerales negligentes ac delinquentes ex fide Officii punire, & quod
Mulgatam attinet, eam per Pedellum colligere, neque hoc ullius rei in-
tuitu omittere, sed in omnibus se talem gerere debet, quòd apud Assess-
ores Honor ac Reverentia, & in exsequendo Munere ex debito timore
Authoritas inviolata ubique consistat, dict. loc. part. 1. tit. 10. princ. & §. 2.
[4.] Quòd Personas Cameraleas prohibitis Sectis adhærentes cum consi-
lio ac præscitu Assessorum sub indignatione Cæsareâ ab Officio remo-
veat, dict. loc. §. penult. prohibitis autem Sectis adhærere dicuntur, qui
non unam ex Religionibus in Imperio permisso fovent. Officium Ju-
dicis in specie consideratum, versatur circa Negotia, vel in Senatu, vel in
Audientia perficienda. Negotia in Senatu expedienda subdividuntur
in ordinaria & extraordinaria. Hæc maximè Collegium concernunt;
illa ad Causas Privatorum Litesque dirimendas pertinent, argum. Con-
cept. renovat. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 16. princ. ac consistunt vel in obser-
vando, ut Assessores sua Munia in Senatu ritè obeant, vel in distribu-
endo Acta & Supplicationes, vel denique in instituendo diversos Sena-
tus, vide omnino præallegat. Blum. Proces. Cam. tit. 5. num. 13. & seqq.
Constitutio autem Judicis fit ab Imperatore, Concept. renovat. Ordinat. Cam. 8.
part. 1. tit. 1. §. 2. licet olim quoque Statuum Consensus ad Judicem con-
stituendum requireretur, per Ordinat. Cam. An. 1495. artic. 1. princ. junct.
artic. 2. & Ordinat. Cam. An. 1521. artic. Benennung Cammer- Richters scilicet 4.
princ. Postea tamen Carolus V. sibi soli, absque Consensu Procerum
Imperii, facultatem constituendi Judicem attribuit, Reichs- Abschied
An. 1548. §. Und nachdem uns scilicet 23. quam facultatem Imperator adhuc
exercet, præallegat. §. 2. & Instrum. Pac. Westphal. artic. 5. §. Præterea &c. 53.
Judice autem mortuo, vel Munere à se abdicato, Imperator ab Assesso-
ribus extemplo certior factus alium surrogare debet, Concept. renovat. Or-
dinat. Cam. part. 1. tit. 5. princ. Et ne interea temporis Judicium suspenda-
tur, si defunctus Judex, Consensu Assessorum, sibi Successorem haud
nominaverit, ab his unus Comitum vel Baronum Collegii (qui Präsi-
des hodiè appellantur) Vice- Judicis eligatur, qui Muhius istud usque
ad aliam dispositionem Imperatoris obeat, illo Comite vel Barone au-
tem in Officio confirmato, in ejus locum aliis Comes vel Baro ab Im-
peratore substituatur, dict. loc. tit. 5. §. 1. Ad Officium Assessorum litem
decidentium, (quod etiam hodiè tam in genere quam in specie consi-
deratur) spectat in genere, quòd Assesores (1.) modò alias requisitus
Qualitatibus prædicti sint, ante lapsum Sexennii se à suscepto Assessoratu
non abdicent, nisi habeant justas causas ab annuis Visitatoribus cognol-
endas, atque tunc horum cognitionem exspectent, Concept. renovat. Or-
dinat. 9.

dinat. *Cam. part. 1. tit. 4.* (2.) Ab Assessoratu decedere volentes, suum decepsum Judici atque reliquis Assessoribus sex Menses ante eundem denunciant, istos sex Menses verò in suo Officio persistent, & ne hujus rei inscii sint, ejus Judex Assessores recipiendos unà cum Juramento consueto admoneat, *dict. loc. part. 1. tit. 5. §. 2. & Visitat. Abschied An. 1559.* *§. 11s auch R. 26. & 2. seqq.* Sin verò citius Successorem sortiantur, in illorum arbitrio sit, utrum ei cedere, an dict. sex Menses in suo Officio permanere velint, *preallegat. tit. 5. §. 3.* (3.) Præscripta in Ordinatione strenuè ac omni diligentia sub fide Juramenti desuper præstiti obseruent, *dict. loc. part. 1. tit. 6. §. 2.* atque in hoc illos nulla alia Juramenta impedian, *dict. loc. part. 1. tit. 7. §. ult.* (4.) Soli Judicio Camerali vacent, aliis Negotiis se non immisceant, Mercaturam haud exerceant, Advocando & Consulendo penitus abstineant, *dict. tit. 7. princ.* nec Commissiones in se suscipiant, *dict. tit. 7. §. 1. & tit. 18. §. 4.* neque Tutelis aliquisque Negotiis, Expeditiones Causarum in isto Judicio pendentium consequenter impedientibus, se onerent, *dict. tit. 7. §. 2.* (5.) In nulla causa, etiam minimâ, ex nudo arbitrio, utputa, æquitate, propriâe Conscientiâ, sed ex Legibus, Constitutionibus Imperii, rationabilibus Provinciarum Statutis, probatis Consuetudinibus, veteri Observantiâ ac Stylo Cameræ Jus reddant, *dict. loc. part. 1. tit. 19. princ.* & quidem omnibus æqualiter, sine ullius timore, interminatione, aut mandato, sine affectu, *dict. tit. 19. §. 1.* (6.) In Votis Singularitati malitiose ac pertinaciter non studeant, *dict. tit. 19. §. 2.* (7.) Nulla Negotia Causarum progressum retardantia, in Senatu seu alibi suscipiant, sed suis Studiis, Relationibus, Votis, & Sententiarum Conceptionibus strenuam operam navent, quò Litigantes promoveantur, *dict. tit. 19. §. 3.* (8.) A Causis in suis Senatibus propositis, in quibus de Jure ut Judices reculari possent, Umm. *Disputat. ad Process. Judiciar. 1. num. 55. & seqq.* penitus abstineant, *dict. tit. 19. §. 5.* (9.) Causas, in quibus ante Assessoratum advarunt, aut alias consuluerunt, deserant; nisi illæ Causæ ipsos, aut Partes ipsas proximâ Cognitione Affinitate junctas concernant, in quibus porrò Advocandi ac Consulendi facultas iisdem non sit ademta, *dict. tit. 19. §. 8.* (10.) Disputationes, verbaque Inimicitas aut liti remotram concitantia, ac deliberatum assensum vitent, præcipue verò in Causis Religionum se pacificos ac sinceros præbeant, *dict. tit. 19. §. 9.* (11.) In Senatu gesta, votata, atque judicata æterno silentio involventes, nulli, injussu Cæsarî, aperiant, *dict. tit. 19. §. 10.* (12.) Suos Famulos jurejurando adstringant, ne ipsos tanquam Referentes nominent, nec alias Arcana Judicij forsan comperta revelent, & sua Protocolla à Famu-

Familis ad Senatum transportanda obsignent, *dict. tit. 19. §. penult.* (13.) Honoraria aut Præmia, durante Officio à nemine accipiant, *Visitat. Memorial. Assessor. 1556.* §. *Dieweil auch R. 11.* (14.) Res proprias extra Senatus seu Audientiæ tempus current, *Visitat. Abschied 1533.* §. *Fürters als auch R. 7.* (15.) Nulla Acta ad Referendum sibi sumant, depositant, aut distribui petant, *Concept. renovat. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 20. princ.* In specie autem consideratum Officium Assessorum perficitur vel in Senatu, vel in Audientia. Officium in Senatu versatur vel circa Senatus Frequentationem, vel circa Expeditionem tum Supplicationum, tum Actorum. Circa hanc considerandum, quomodo Acta accipi, custodiri, restituique debeant, & quomodo referenda sint. In Relatione Actorum perpendi debet Modus tum Referendi, tum Votandi, tum denique Sententias Concipiendi, Jacob. Blum. *Process. Camer. tit. 7. num. 55. & seqq.* Unde patet Assessores Cameræ longè distare ab illis Assessoribus, quo-
rum mentio fit in ff. de Offic. Assessor. & Cod. de Assessor. *Nam hi Magistra-
tui Juris suggesti causâ assidebant, Umm. Disputat. ad Process. Judiciar. 2.
thes. 1. & 2.* Illi verò Judici Cameræ non suggesterunt Jus, sed ipsi Jus di-
cunt, argum. *Concept. renovat. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 19. princ. cum §. seq. &
part. 3. tit. 63. §. 11.* Hinc etiam vocantur Judices, Richter / *dict. tit. 19. §. 1.
& dict. tit. 63. §. 12. cum seq. item Ultheiser / dict. tit. 63. §. 13. 14. penult. & ult.*
Olim quidem quoque distinguebantur in Ordinarios & Extraordina-
rios, *Reichs-Abschied 1548.* §. *Dieweil auch R. 26. Deputat. Abschied 1557.*
§. *Damit auch R. 11.* hodiè verò omnes sunt Ordinarii. Eorum autem
constitutio perficitur, tum præsentando, tum examinando, tum co-
optando. Præsentatio fit ab Imperatore, Electoribus, & Circulis Im-
peri. Examinatio autem fit à Collegio Camerali, & eorum idoneita-
tem per Relationem Causæ conclusæ explorare tenetur. Examine verò
peracto maximè idoneus eligendus, & à Collegio recipiendus, Blum.
dict. tit. 7. num. 1. & seqq. Ut ita ex deductis satis constet, Relationum in
Camera Imperiali esse causam remotam expressam Ordinationem ab
Imperatore & Statibus Imperii factam: dum hoc Munus referendi As-
sessoribus demandaverunt. In Judicio Imperatoris Aulico Assessores
Imperator & quidem solus constituit, *Neue Reichs-Hof-Raths-Ordnung 1654. in Praefat. ibi:* Wie wir nicht minder denselben hinfür zu be-
stellen und zu unterhalten gemeint seyn. adde Speidel. in Speculo Praet. voce
Reichs-Hof-Rath. Circa Referendarios verò Ordinat. Camer. obser-
vari debere disponit, *Neue Reichs-Hof-Raths-Ordnung tit. 4. princ.*
Notanter etiam dixi in *Aphorismo nostro*, remotam causam Relationum
quoque esse eorum, qui Majestatem in Republica habent, aut qui Re-
galia

- galia possident, expressam ordinationem. Nam, quoniam ad Jura Majestatis constitutio Judiciorum & Magistratum pertinet; ita nemo Referendarium, qui hodiè pro Magistratu habetur, dum Potestatem Judicandi proprio Jure, sive Jure Magistratus habet, ordinare, & ordinationem de Relatione faciendâ dare potest, nisi Majestatem in Republica habeat, aut Juribus Majestatis, qua alias vocant Regalia, Balthas. Cellarii Politic. lib. 2. cap. 7. num. 8. prædictus sit. In Regno proinde Potestas illa est penes Regem, in Aristocracia penes Optimates, in Politia penes Populum. In nostra Republica Romano Germanica, Status unusquisque in suis Provinciis, quia Summa Regalia habet, potest vigore Regalium & Jure Superioritatis, sive Jurisdictione Territoriali, Judicia, & Referendarios constituere, & de Relatione ordinationem facere. Eo respectu etiam in Ducatu Brunswic. & Lüneburg. certus Modus Referendi in Cancellaria & Judicio Aulico est præscriptus, & Relatio Consiliariis Aulicis & Assessoribus Judicij Aulici demandata est, vid. Canzley-Ordnung tit. 28. item Hof. Gerichts-Ordnung tit. 64. Wie die Acta in den auf End- oder Bey- Urtheil geschlossen / aufgetheilet und referiret werden sollen. Hinc fluit, in Judiciis Inferioribus Acta ad referendum cum Collegarum aut Assessorum haud tradi posse; nisi hoc à Superiore expressâ Sanctione Inferioribus Judiciis, ut Civitatibus, & aliis Judiciis in Ducatu Brunswic. & Lüneburg. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Canzley-Ordnung tit. 38. §. 7. Wann dann zur Urtheil geschlossen / sollen die Gerichte schuldig seyn / fordernamst und zum längsten innerhalb drey Wochen nach dem Beschluss / auf die vor ihnen eingebrachte und verhandelte Acta nach ihrem besten Verstande / oder mit Rath eines oder mehr Rechts-Gelehrten zu erkennen / permissum sit: aut Inferiora Judicia, tacito Consensu Superioris & Præscriptione, aut Privilegio hoc Jus sibi acquisiverint. Quippe cum Inferiora Judicia, & Civitates Municipales, sive Provinciales, & Collegia non gaudeant Superioritate Territoriali, idcirco propriâ authoritate Referendarium tanquam Magistratum constituere non possunt, Struv. Syntagn. Jur. Civil. Exercitat. 2. thes. 42. Licet existimem, cuivis Magistratui licitum esse pro lubitū Assessores eligere, sive sit mediately sive immediate Imperio subjectus: nam illa Assessoris electio Jurisdictionis nihil sapere videtur. Hoc ipso enim, quod judicandi & cognoscendi facultatem habet, id quoque adeptum videtur, ut assumere possit Assessorem, absque quo vix est ut benè & Juri conformiter judicare queat, argum. l. 2. ff. de Juridict. Imò potest delegatus Assessorem assumere, si ejus operā indigeat, cap. statutum. 11. §. Assessorum. 2. de Rescript. in bto. Quin & partes Assessores eligere posse, affirmant König

König in Process. cap. 23. Rosbach. ibid. tit. de Assessor. num. 6. Tutius autem esse, ut illi assensu Partium eligantur, existimat Speculat. de Assessor. §. 2. num. 1. Ummius Disputat. 2. de Assessor. & Advocat. num. 8. Itaque etiam eo modo verum esse puto, quod tradit Stypmannus in suo tractatu de Referendar. cap. 2. num. 36. & 37. Quòd in Civitatibus & Collegiis, quatenus Elecione vel Præsentatione quis sit receptus, eâ ratione etiam ipsi Jus legendi Acta competat, si nimurum Civitates aut Collegia hoc Jus dicto modo sibi acquisiverint, & eo prædicta sint. Aliás, quod Jus Civitates & Collegia per se non habent, aliis per Electionem aut Præsentationem communicare nequeunt. Et quod hæc Auctoris mens sit, liquet ex exemplo Professorum sub juncto, dum dicit, quòd in Academia Gryphiswaldensi Vocationibus Professorum ad Juridicam Facultatem soleat hoc inferi, quòd non solum Jura docere, sed etiam aliis consulere, & super Aëdis respondere debeat.

Aphorismus 2.

Proxima causa Relationis sunt Re - & Correferentes, sive Re - aut Correferendarij Actorum; qui nimurum Acta seu Processus Juris, à Citatione usque ad Conclusionem, tam in causa incidenti, quam principali, à Partibus, cum Actore, tum Reo, aut tertio interveniente, formatos, & ad decisionem Judicis submissos, exactissimâ diligentia, studio, & curâ perlustrant, & de illis suis Collegis, cum Votis suis, ad formandam & publicandam inter Partes Sententiam referunt.

Cùm ab effectu cognoscatur causa, itaque ex definitione Relationis Sect. III. Aphorism. 1. facilè liquet, Referendarios in hoc Aphorismo nostro rectè esse descriptos, & Causam Relationis proximam esse. Quinam autem constituendi illos Jus habeant, in Exeges. Aphorism. præced. jam indicatum est. Tantum ad corroborandum Sententiam de Constitutione Referendariorum, quòd nemo sibi hoc Munus propriâ authoritate sumere, sed exspectare debeat, donec ab ipso, qui Jus constituendi Magistratus habet, vocetur, & ei Provincia Referendarius committatur, Stypmann. de Referendar. cap. 1. num. 1. adhuc hic allegandum existimavi. Quomodo etiam in nostro Aphorismo descripti Referendarii ab aliis Speciesbus Referendariorum differant, vide Sect. II. in Exeges. Aphorism. 1. Et hos in omnibus Judiciis, Dicasteriis, Consistoriis, Academiis, Collegiis JCtorum, Scabinatibus, sub hac tamen diversitate, quòd certæ Personæ

- sonē in Summis Imperii & Ordinum Judiciis Secularibus cum Titulo Referendarii cluant, in aliis verò Collegiis vel Judiciis Director, Syndici, Decani, Judices illud Officium subeant, reperiri tellatur Stypmann. *dict. tractat. cap. 1. num. 140. & seqq.* Quinam autem in Summis Imperii Judiciis, utpote in Camerali Judicio Spirensi, (nunc Wetzlariensi) & Aulico Imperatoris Judicio hoc Officio fungi debeant, *in Exegeſ. præced. Aphorism.* notavimus. Hic adhuc monendum, quod isti, qui in Aulico Cæſaris Judicio sive Consilio, quod etiam des Reichs Hof-Rath vocatur, referunt, appellari quoque soleant Referendarii Sacri Palati, Stypmann. *dict. loc. num. 122. & 133.* In Judicio Aulico Ducatus Brunſuic. & Lüneburg. Assessores etiam, ut in Judicio Camerali, Fürſtl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 6. §. 3. *Zu dem soll ic. & seqq.* item tit. 64. *in princ. in Cancellaria verò omnes Consiliarii ad referendum sunt constituti;* Fürſtl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordin. tit. 5. §. 3. & tit. 28. 7. §. 3. Quoniam initio Aphorismi mentionem fecimus, quod causa proxima Relationis sint Re - aut Correferentes, hic non intempestivè quaeritur; si in aliquo Judicio certi Referendarii ad Acta legenda sint constituti, an soli Referendarii, vel etiam ceteri Assessores simul ex Actis referre debeant. Ratio dubitandi est, quod dedecorum sit, & sugulet famam, si aliis committatur, quasi imperiti sint, argum. *l. 8. ff. ad Leg. Aquil.* maximè, cùm ob industriam electam & approbatam possent sufficere Officio, argum. §. 4. *de mandat.* Verum enim verò, quia Jus sèpè obscurum & dubium, Doctorumque Interpretationibus anxiè involutum est, *l. 12. ff. de Legibus.* præterea Circumstantiae Facti infinitæ, & carum Interpretatio sèpè Prudentissimos fallat, *l. 2. ff. de Jur. & Fact. ignorant.* plerumque etiam recens ad Officium assumpti non æquè ordinis procedendi sint periti, quam veteres, quibus usus & Praejudicia multa monstrarunt, non inutile esse, cum Stypmann. *dict. tractat. cap. 3. num. 64. & seqq.* puto, in primis si arduæ causæ obveniunt, ut Assessores simul hoc Officium subire teneantur. Porro notandum, in omnibus Judiciis Correferentes dari non esse receptum. In Camera Imperiali, præcipue, si supra gravi Interlocutoriā aut definitivè Partes confluuerunt, duobus Assessoribus ad referendum Acta à Judice Cameræ, quorum unus ex Inferiori, alter ex Superiori Germania ortus esse debet, distribuuntur: Acta tamen, Correferente haud indigentia, ejusdem Nationis Referenti assignantur, Jacob. Blum. *Procesſ. Camer. tit. 75. num. 11. & 14.* In Aula Cæſaris obtinet, in unaquaque causâ semper esse Referentem & Correferentem, Nelle Reichs-Hof-Rath's-Ordin. *1654. tit. 4.* In Ducatus Brunſuic. & Lüneburg. Cancellaria uni Consiliariorum à Praefide, aut

aut qui illius vices sustinet, Fürſtl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordin. *tit. 28. §. 1.* in Judicio Aulico verò euidam Assessorum à Secretario Judicii Aulici Acta ad referendum traduntur, Fürſtl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. *tit. 64. in princ.*

Aphorismus 3.

Quoniam in præcedente Aphorismo Referendarium descripſimus, sequitur ex illius descriptione, quod debeat esse pius, virtuosus, bonis axiī & corporis ornatus, (id est, inter cetera Scientiæ Juris maximè instruitus & legitimè natus) ut & sui Officii, quod Juramento promisit, studiosissimus, nec non, quoad externum cultum, benè vestitus.

Omnia Requisita & Qualitates, quæ in Judice aut Assessoribus considerari queunt, etiam Referendarium exornare debent. Pius debet esse, quia Pietas est omnium Virtutum, totiusque Regni Politici, adeoque Societatis Generis Humani Fundamentum: id quod tam ex. Sacris, quam Profanis Scriptis est manifestum, *Deuteron. 17. 18. Cicero pro Plancio.* & lib. 1. *de Nat. Deorum.* Nam si Referens Pietatem non colat, facile à viâ recti deflectitur. Constat autem, ejusmodi Viros Judicio præficiendos non esse, cùm Viris doctis, piis, veracibus, & odio habentibus Avaritiam demandanda sit Administratio Justitiae, *l. sancinus. 6. in princ. Cod. ad Leg. Jul. repetundar. l. 1. Cod. de Officio Magistri officior.* Rebuff. *in mater. possif. artic. 14. gloss. 1.* Quoniam autem Pietas est virtus, legitimo Deum honore ac cultu venerans, & principaliter Deum respicit, vide Jacob. Martin. *Synops. Ethic. lib. 2. cap. 5.* itaque præter Pietatem requiruntur etiam Virtutes tam Morales, quam Intellectuales in Referendario, ut Publico & Privato prædestine possit, *l. 1. ff. de Justit. & Jur.* Nam per Virtutem quisque dicitur idoneus, *l. 5. Cod. de condit. in publ. horreis. lib. 10. l. probrum. 42. in fin. ff. de verbis significat.* Mascard. *de Probation. in verb. Idoneus.* Dotes animi quod attinet, ad eas spectat (1.) ut Referendarius sit præstantis Ingenii, ut statim possit intellectu in verum sensum Legum inquirere. Præstans enim & rarum Ingenium est principium, medium, & finis maximarum, & plus quam humanarum rerum, *Plato in Dialogo 6. de Republica.* Frid. Fur. Cæriolan. *in tractatu de Consiliar. Princip.* Bartholom. Philippus *in tractat. de Consiliar. Princip. discurs. 6. in rubrica de Qualitatibus.* (2.) Ut optimâ Memoriâ simul sit præditus. Nam nihil in rerum natura præstantius est, nihilque ab homine magis expeti debet, quam ut cum Ingenio Memoria jungatur: *vix enim est, ut semper concurrant;* *E 2* *genio*

genio enim tardi, sunt tenaci Memoriâ prædicti, & Ingenio prompti non multum valent Memoriâ, Plutarch. in *Vita Catonis*. Tiraquell. in *Legibus Connubial. gloss. s. num. 24.* Petrus Messias lib. 3. variar. *Letition. cap. 7.* Eam autem sequentibus de causis in Referendario desidero, quia in eo maxima requiritur Prudentia, quæ nihil aliud est, quam quædam multarum rerum memoria: & pars Prudentiæ esse dicitur, Aristotel. in lib. de *Memor. & Reminiscen.* latè docet Vivilius in suis *Decisionibus decif. 123. num. 57. & seqq.* Hinc è contrario traditur, oblivionem Sapientiæ inimicissimam, Zeno apud Aristotel. lib. 3. *Physic.* Deinde, quia pluribus Artibus debet esse instructus, quas sine memoriâ vix retinet. Quot enim in Jure Civili Leges, quot in Canonico Capitula, quot in Oratoria facultate Figuræ, quot Tropi, quot Periodi, quot in Arithmetica Numeri, quot Facti Species, quot in Geometria Figuræ, Trianguli; tot rebus memoriâ servandis sufficiens esse debet. Denique integra Acta, quæ sèpè ingentis sunt molis, & multorum Annorum onera, in primis autem in illa parte Actorum, quæ Attestata concernit, ubi labor immensus & copia sèpè exercitatißimos JCtos detinet, memoriâ tenere debet, si rectè genus Actionis cruere, & secundùm Acta & Probata judicare velit, Rutger. Ruland. de *Commissur. part. 1. lib. 1. cap. 9. num. 1. & seqq.* Stypmann. de *Referendar. cap. 4. num. 33. & 34.* (3.) Ut Juris Scientiâ sufficienter sit instructus; quia Factorum Circumstantiæ sèpè accuratam desiderant Interpretationem, l. 1. & l. 2. §. 5. ff. de *Orig. Jur.* & ne ipsi objiciatur: Turpe est Viro Referenti, Jus, in quo versatur, ignorare, l. 2. §. Ser. vius. 43. ff. de *Orig. Jur.* Hinc in Camera Imperiali, antequam aliquis in Numerum Assessorum, qui nimis semper ex Actis, ut suprà dictum referunt, recipiatur, necesse est, ut priùs in Universitatibus, ab Imperatoribus Roman. confirmatis, Jura professus sit, vel minimùm quinque Annos Juribus operam dederit, ac insuper in Praxi (quamdiu autem, in Judicis & Assessorum arbitrio consistit) versatus sit, atque Germaniæ Consuetudinis, Morumque, ut & Judiciales Controversias referendi ac decidendi gnarus, & de his & suæ peractæ Vitæ bonum Testimonium habeat, & vel Doctor vel Licentiatus Juris sit. Ast, cum hodiè multi apud Italos, Gallos, Hollandos &c. tam Linguarum, quam aliorum Corporis Exercitiorum causâ demorantes, ibi simul Juri strenuam operam navare soleant, non pauci etiam in Universitatibus Germaniæ viventes, intra minus quinquennio spatiū jngi industriâ Fundamenta Juris sufficienter edocti citius ad Forum se conferant in *Recess. Imper. 1654. S. Sintemalen* aber n. 28. constitutum, ut non adeò rigide observetur Studium Juridicum Quinquennale in Academiis sub Imperio sit,

sitis, sed magis Dexteritate, & Causas Juridicas dirimendi Experientia attendatur, quò adaugitus Assessorum Numerus in hac penuriâ verè ac solidè eruditorum Hominum eò commodius suppleri posset. Nobiles verò quod attinet, licet hi in Jure non sint Graduati, tamen iisdem qualitatibus prædicti sint necesse est, Blum. *Process. Camer. tit. 7. num. 35. 36. 37. & 38.* In Ducatu Brunswic. & Lüneburg. nemo facile etiam ad Officium Assessorum in Judicio Aulico, exclusis tamen Nobilibus, hodiè admittitur, nisi aut Gradum Doctoris aut Licentiatu habeat, junge Fürstl. Braunschiv. Lüneburg. Hof- Ger. Ordin. tit. 2. quod & in constitutis Consiliariis in Cancellaria observatur. (4.) Ut sit receptæ Religionis vel Catholicæ, vel Evangelicæ, vel Reformatæ. Qui harum nullam rotundè profitentur, Vitamque ei conformem ducunt, non admittuntur ad Munus Assessoris, & consequenter ad Officium Referendarii. Admissos autem ab Officio, cum consilio & præscitu ceterorum Assessorum, Judex, sub indignatione Cæsarea, removeat. Et hoc in Camera Imperiali ita observari, testis est suprà allegatus Blum. *dict. loc. num. 34.* In ceteris Inferioribus Judiciis assumuntur plerumque ejus Religionis, cujus Principes sunt, quibus Ratione Jurisdictionis Territorialis Jus Reformandi competit, *Reichs-Ußchied de Anno 1555. §. Damit auch n. 20.* de quibus præsumptio est, quòd non libenter alium, quam suæ Religionis hominem assumpturi sint, Stypmann. *dict. tractat. cap. 4. num. 10.* (5.) Ut sit honestæ ac integræ Vitæ. Nam non sola Eruditio sufficit, sed etiam boni Mores requiruntur: quia illaudabilis est Scientia, quam Vita maculat, imò Mores Scientiæ præferendi sunt, Magenhorst. *ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. 2. verb.* Dergleichen sollen die Benigner n. junge Rutger. Ruland. *dict. tractat. cap. 28. in princ.* Et infamibus Portæ Dignitatum non patere debent, l. 2. *Cod. de dignitat.* Ad Dotes Corporis Referendarii [1.] refero bonam Complexionem; illam autem ad Vitam benè beatèque ducendam esse necessariam, docet nos experientia, ac Socrates apud Platon. *lib. de Republ. ubi eos*, qui naturâ sunt Valetudinarii, è Judicio exceedere, & locum dare Sanis debere jubet; sine hac enim nihil homini beatum est, ut cecinit Orpheus, Francisc. le Vayr in *tractat. de Legatione cap. 2.* Nam Referendarius, adversâ valetudine semper detenus, Litigantium Causas diu remoratur, cùm tamen Reipublicæ expeditat, eas quam celerrimè expediri. [2.] Ad Corporis Dotes referendam puto perfectam Corporis Constitutionem, non mutilatam, aut aliquo vitio laborantem. Quia perfectum Corpus hominem integrum ornat, & præsumptio est, in eleganti Corpore elegantes Virtutes habitare, Francisc. le Vayr *dict. tractat. cap. 2.* Quemadmodum dicitur in

in Proverbio: *In pulchrâ & splendide adificatâ Domo, habitare Personam aliquam insignem: sic egregia Hospitia Heroibus decernuntur.* Camerar. in *Horis successivis cap. 57.* Unde verè cecinisse videtur Poëta:

Gratior est pulchro veniens è Corpore Virtus.

Ita è contrario Aristoteles, Galenus & Hippocrates tradidere, Homines vitio aliquo Naturæ natos, plerumque mille defectus circa Intellectum, Mores & Vitam etiam habere. Dicuntur enim mutili Monstra Naturæ, quæ pravis Moribus prædicta sunt, Cardanus lib. 12. de homin. & Aristoteles magis in specie solebat uti hoc Proverbio: *Deus me liberet ab Homine à Natura signato,* Barthol. Philip. in tract. de Consiliar. Princip. rubrica de Qualitatibus. Intellectus quidem & Integritas Mensis in Referendario maximè, ut suprà tradidi, requiritur, interim tamen etiam perfecta Corporis Constitutio Referendario adeste debet: maximè, cum Jura non solum notabili aliquo vitio Corporis laborantes refugiant, argum. eorum, quæ hinc inde in tit. de Postulando, de Ædilitio Edicto, de Feudis, tam in textu, quam à Doctribus maximè Feudistis, tractantur: sed etiam Lex Divina gibbosos & distortos prohibuerit Sacrificiorum Munere fungi, Levitic. 21. Camerar. in *Horis successivis* centur. alterà cap. 8. idemque apud Hebræos Hierosolymitanâ Lege cautum erat, Egesippus de Excidio Hierosolymit. lib. 1. cap. 29. ut & apud Ethnicos mutilati sive debilitati à Sacris arcebantur, Plin. lib. 6. cap. 28. [3.] Ad Referendarii Naturæ Dotes pertinet Legitima Nativitas, nempe, ut sit ex Legitimo Matrimonio natus: quippe, quia eis Referendarium maxima est Dignitas: itaque de Juje Dignitatis Portæ Spuriis regulariter patere non debent, l. generaliter. 3. §. Spurios. 2. ff. de Decurionibus. l. Honor. 14. §. de Honoribus. 3. ff. de Muner. & Honor. Fulgos. consil. 62. egregiè Albert. Trotius de perfecto Clerico. Struy. Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 7. thes. 20. quod & eo confirmatur; quia Spuriis pro infamibus, (licet Paleott. de Nothis & Spuriis cap. 55. & seqq. Hartman. Pistor. quaest. 30. part. 1. Tiraquell. de Nobilitat. cap. 15. num. 30. & Stypmann. de Referendar. cap. 3. num. 40. quòd Spuriis, neque infamia facit, neque Juris laborent, contrarium statuant:) habentur, Mynsing. centur. 4. observat. 31. Struv. dict. loc. Petrus Heigius quaest. 21. qui egregiè & latè hoc discussit. Et in specie hac de causâ, quia, ut suprà innuimus, Referendarii, Doctores, vel Licentiati esse debent. Spurios non posse creari Doctores ex Observantia constat, ut testatur Mynsing. dict. loc. inde propter eandem rationem & causam in Camera Imperiali requiritur in Assessoribus, tanquam Referendariis, Legitima Nativitas. Nec refert, etiamsi essent Legitimati, cum Legitimatio similis sit Alchimia, quæ facit apparere, quod non est, Mynsing. dict. loc. & Magenhorst. ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. 2. verb. Aliud regiter nō turſi-

türſiſcher ic. Rutger. Ruland. dict. trattat. cap. 7. num. 7. Hinc Bald. ait: Legitimatum assimilari homini medicato à morbo, in quo semper remanent aliquæ cicatrices, teste Mynsing. dict. loc. ideo utcunque Spuri efficiantur legitimi, remanent tamen infames, de facto, inter bonos & graves Viros, Mynsing. ibid. in fin. Adeò etiam in Camera Imperiali requiritur Legitima Nativitas, ut non solum ipsi Assessores, & per consequens Referendarii, sed etiam ipsorum Parentes ex justo Matrimonio nati esse debeant. Hinc Anno 1556. quidam propterea non fuit admissus, quòd ipsius Pater illegitimè natus diceretur, referente Magenhorst. ad dict. §. 2. verb. Chrlischer Gebuhrt ic. adde Blum. dict. tit. 7. §. 31. [4.] Requiritur ad Referentis Naturæ Dotes, ut sit ex Natione Germanica oriundus, & Patriæ Incola. Nam indigenæ exteris præferendi, Blum. dict. loc. num. 30. & quidem merito: recta enim ratio hoc facendum esse dictitat, Primi, quoniam indigenæ majori studio & fide, ex innatâ erga Patriam Charitate, omnes causas acturi præsumuntur, quam quivis extranei. Secundi, Originarii melius censemur scire Mores Civitatum, & Consuetudines ejus Civitatis, ex qua nati sunt. Jam verò sumnum Caput Consilii de Republica dandi est, nosse Rempublicam, eamque habere exploratissimam, juxta Cicer. lib. 3. de Orator. & Mores Hominum scire, ad negotia tractanda apprimè conductus, quemadmodum id pulchre demonstrat Herman. Conring. in tractat. de Civili Prudentia pag. 37. 268. & 343. Ergò utique cæteris, qui Hominum Mores & Consuetudines Civitatis non tam accuratè perdidicerunt, præferendi sunt. Tertiò, iniquissimum esset, indigenas exteris postponere, illisque omnem ansam de Patriâ benè merendi præripere, cui tamen præter Deum principaliter obligati sunt, l. 2. ff. de Justit. & Jur. Quartò, Extranei ut plurimum eam erga Populum representare nequeunt benevolentiam, ac indigenæ, ideoque magnam multitudinis invidiam & odium in se concitant, ex quo innumeræ oriri solent Occasiones, Seditionesque, quæ Reipublicæ bonoque publico admodum noxiæ, vid. Arnold. Clapmar. de Arcais Rerumpublicar. lib. 3. cap. 23. Christoph. Besold. lib. 2. Polit. cap. 3. §. ii. num. 6. Philip. Cominæ. lib. 8. in fin. Histor. Gall. & novissimè Samuel Pufendorf. in Disquisit. de Obligation. advers. Patriam. Et hæc assertio etiam fundamentum habet in Jure Divino, Deuteronom. 17. in princ. & vers. 15. Exod. 18. In Jure Civili, l. 17. §. 4. ff. ad Municipal. l. ult. Cod. de Offic. Prætor. In Jure Canonico, Distinct. 23. cap. in nomine Domini. l. cap. ne pro defectu. 41. X. de election. Cap. bona memoria. 4. X. de Cler. peregrin. Et ita observatum in Hebraeorum Republicâ, ut jam demonstravimus ex Sacra Scriptura locis. In Monarchia Persarum; in Rebuspublicis Atheniensium, & Lacedemo-

demoniorum; in Chinensium Imperio. In Hispania, in Portugallia, in Gallia, tam in Ecclesiasticis Dignitatibus, quam in Politicis; in Anglia; in Republica Veneta; in multis Italiae Urbibus. Et in Helvetia, in Hollandia, in Brabantia, in Imperio nostro Romano-Germanico Imperator ipse debet esse Germanus; licet Principes & Status Imperii fieri possint exterri, Officiales autem Imperii debent esse Germani, tam in Civilibus, quam in Militaribus. In Saxonia, in Marchia Brandenburgica, in Ducatu Pomeraniae idem obtinet. In Ducatu Brunswic. & Lüneburg. etiam singularis Recessus, quod indigenæ ex Ducatu Brunswic. & Lüneburg. regulariter ad Officia præ ceteris evehi debeant, exstat. Hujus Recessus verba de Anno 1601. ita sonant: Zum Acht und Dreißigsten: Wann die Lands-Kinder in Ehren und Tugenden auf Universitäten/ bey Hofe/ in rühmlichen Kriegs-Zügen/ Haushaltungen/ und anderen ehrbaren Händeln wohl geübt/ und also qualificiret seyn/ daß sie mit Ruhm und Nutzen zu gebrauchen/ auch Seine Fürstl. Gnaden treulich mehnenn/ daß alßdann der gnädige Landes-Fürst/ so wohl bey Hofe/ als auf dem Lande in Regierungs- und Kriegs- Hof- und Haushaltungs- Geistlichen und Weltlichen/ geheimen und gemeinen Sachen/ nach jedes Befindung vor Fremden und Ausländern/ so viel sich immer füglich schicken will/ zu hohen und niedrigen Aemtern und Diensten zu befördern geneigt; daß für hat die getreue Landschaft billich in aller Unterthänigkeit zu danken/ und die Jugend also aufzuerziehen/ daß sie solches milden Erbietens im Werke genießen mögen. Id ipsum religiosissime observatur quoque in Ducatu Würtembergico, in multis Imperii aliis Ducatibus, Comitatus, ut apud Holsatos, Ostfrisios, Dithmarsos, Urbibusque, ut Argentorati, Norimbergæ, Augustæ Vindelicorum, Francofurti, Magdeburgi, Hamburgi, Bremæ, &c. Præ ceteris omnibus verò extra Imperium rigidissimi hujus Juris indigenatus Observatores sunt Sueci, qui Juramento obligant Regni Gubernatores, antequam coronantur, se Imperii ac Principatus Confiliis solos indigenas, nullo exterorum habitu respectu, preposituros. Et hoc Poloni etiam post mortem Sigismundi Regis sui gravissimo Senatusconsulto constituerunt, ne Peregrinorum quidam ad Senatum & Consultationes admitteretur, quod etiam Hungari fecerunt, vide Jacob. Leimbken. *Dissurat. de Jure Indigenatus singulari, qui sat eruditè & late hanc materiam pertractavit, & in primis position. 14. & seqq.* Porro, Cultum externum Referendarii quod attinet, ita debet esse compositus; ne instar Sutorum, Lanionum, aut Histronum, aut Mulierum incedat, sed tali Habitu sit indutus, qui huic Dignitati conveniat. In Ordinat. Cam. part. 1. tit. 8. hoc expressè Assessoribus, & consequenter


querter Referendiis Cameræ Imperialis demandatum: *Daß sie sich mit zierlicher und ehrlicher Kleidung/ auch sonst in allem Wesen und Handel vor andern städtlich/ehrbarlich und tapferlich halten und erzeigen.* Cùm enim Assessores, qui & Munere Relationis funguntur, in Augustissimo Cameræ Imperialis Judicio, tanquam perpetui togati Senatoris in Senatu Imperii, Imperatorem universosque Status repræsentent, ad conservandum Imperatoris, Statuumque, ut & Judicii, ac sui ipsius Honorem & Authoritatem Vestitu decoro, honesto & Romano Senatore digno uti, atque reliquis actionibus ita conspicui esse debent, quod cuncti eò magis ad ipsorum observantiam Reverentiamque commoveantur. Nam Vestitum splendor facit plurimum ad conciliandos Hominum animos: unde vulgatus versiculos:

*Vir bene vestitus pro Vestibus esse peritus
Creditur a mille; quamvis Idioti sit ille.*

Junge l. fin. Cod. de postulando. l. 1. ff. cod. Nec incomitati Famulis foras progredi debent; quia illud ipsorum Authoritati detrahit, alias contra Contumaces in his Judex Cameræ serio ac æqualiter, sine ullo intuitu procedere debet, Blum. dict. loc. num. 106. & 107. idque idèo, ut etiam ab aliis hominibus non ita dignis separari possint, Jovius Pontan. in lib. de Splendor. cap. 5. Cæterum Officium Referendarii reperitur tacite expostum in Formula Juramenti, quod Assessores jurare tenentur Ordinatione Judicij Anlici Brunswic. & Lüneburg. tit. 13. hisce Formalibus: Unsere geordnete Beystigere sollen uns und unseren Erben und Erbnehmen geloben/ zu GOTT und auf das Heilige Evangelium schwören/ daß sie wollen an unserem verordneten Hof-Gericht ihren Aemtern getreulich und redlich vorseyn/ nach gemeinen beschriebenen Rechten/ Land-Tags-Abschieden/ ehrbaren und guten Ordnungen/ Statuten und Gewohnheiten/ (sofern dieselbe fürkommen und kündlich gemacht werden) und sonst in ihrem besten Verstand/ männlichen hohen und niedrigen Standes gleich urtheilen und handeln/ sich weder um Liebe/ Freid/ Gabe/ Freundschaft/ noch Feinerley Sache/ danider bewegen lassen/ auch mit niemand keinerley Anhang oder Zufall in Urtheilen suchen noch machen/ von den Partheyen/ so vor ihnen zu rechten oder zu handeln haben/ oder von ihrentwegen Feinerley Geschenck/ Gabe/ oder Nutzung/ durch sich selbst oder andere nehmen/ oder in ihren Nutz nehmen lassen/ in was Gestalt oder Schein das geschehen möchte/ keiner Parthen Recht oder Warnung thun/ die Heimlichkeit oder Rathschläge des Gerichts/ den Partheyen oder andern/ vor oder nach der Urtheil nicht erhoffnen/ die Sachen und Urtheil böser Meynung nicht verzischen/ und alles andere thun und lassen/ das einem fronten

men Richter und Urtheiler wohl gebühret; alles getreulich und ohne Gefährde. Ut autem eò melius percipiatur, quænam sint singulares partes Referendarii, quoniam Juramento promisit se velle fideliter & honestè Officio suo fungi, quasdam (cæteris ad singulas materias infra tractandas reservatis) secundum Ordinationem Cameræ Imperialis, & Ordinationem Cancellariae & Judicij Aulicij Brunsvic. & Lüneburg, hic recensebo. Sunt plerumque hæc: (1.) Quod Referendarius solum velit vacare Judicio, aliis Negotiis se non immiscere, Mercaturam haud exercere, Advocando & Consulendo penitus abstinere, *Ordinat. Cam. 1555. part. 1. tit. 6. & tit. 13. §. 4.* adeò, ut Causas, in quibus ante Officium suscepimus Advocati Munere functus est, aut alias consuluit, nisi illæ Causæ ipsum, aut Partes ipsas proximâ Cognitione, Affinitateve juntas concernant, in quibus porrò Advocandi ac Consulendi facultas eidem non sit ademta, deserere debeat, *Blum. dict. loc. tit. 7. §. 48.* *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 15.* Nam animus lucro deditus, vel ad turpia deflectere, vel ad famæ læsionem, si simul Advocatus esse vellet & Judex, deviare solet, quod ne fiat, omnino obex ponendus fuit, ne suspecta sit Justitia Administratio, *Stypmann. de Referendar. cap. 4. num. 12.* (2.) In nulla causa, etiam minimâ, ex nudo arbitrio, aut putativâ æquitate, propriæ Conscientiâ, sed ex Legibus, Constitutionibus Imperii, rationabilibus Provinciarum Statutis, probatis Consuetudinibus, veteri Observantia, ac Stylo Cameræ, & secundum Acta & Probata Jus reddat, & quidem omnibus æqualiter, sine ullius timore, interminatione, aut mandato, atque sine affectu & gratiâ, *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 13. §. 1. & 2.* *Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof-Ger. Ordin. tit. 3. §. 5.* Vnsten sollen unsere Hof-Richter ic. item §. seq. Wir wollen auch ic. item tit. 79. Fürstl. Braunschw. Lüneb. Cangley. Ordin. tit. 1. §. 1. item tit. 28. §. 4. (3.) A Causis, in suis Senatus propositis, in quibus de Jure ut Judex recusari possit, penitus abstineat, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 13. & 14.* Causæ Suspensionis in jam allegat. *Ordinat. Cam. quædam sunt expressæ, & in genere sunt eadem, quæ Testem repellunt.* Nam quæ faciunt Testem suspectum, multò magis Judicem: quia facilior aliorum Judicium copia, quam Testium, *Hilliger. in Donell. lib. 17. cap. 25. lit. G. Brunnemann. Proces. For. cap. 7. num. 19.* Durum & periculosum enim est, coram suspecto Judice litigare, Umm. *Disputat. 1. num. 55.* Fürstl. Braunschw. Lüneb. Cangley. Ordin. tit. 2. §. 1. Hinc Exceptio suspecti Judicis adeò favorabilis est, ut sola allegatione, sine ordinario Libello Recusationis possit proponi, quod tamen usu non observatur, *Zanger. de Exception. cap. 4. num. 18. & 19.* (4.) Nulla Negotia Causarum Progressum retardantia in Senatu seu alibi susci-

ficiat, sed suis Studiis, Relationibus, Votis, & Sententiarum Conceptionibus strenuam operam navet, quod Litigantes promoteantur, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 4.* (5.) In Relationibus ac Votis unum alterum attente audiat, nec ejus Voto obloquatur, item non assurgat, circumambulet, de aliis Causis loquatur, aut aliena Negotia Relationibus nociva tractet, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 6.* (6.) Alterius Relationibus se non ingerat, sed suum Referendi ordinem præstoletur, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 7.* (7.) Horâ debitâ in Senatu compareat, nec nisi ex ardua & legitima causa se absenget, ne suâ morâ & absentiâ Relationes præpediantur, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 8.* (8.) In Senatu Gestâ, Votata, atque Judicata æterno silentio involvens nulli injussu Cæsar is aperiat, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 16.* junge Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof-Ger. Ordin. tit. 65. §. Und soll bey solcher Umfrage ic. (9.) Suos Famulos jurejurando adstringat, ne ipsum, tanquam Referentem nominent, vel alias Arcana Judicij forsitan comperta revelent, & sua Protocolla à Familulis ad Senatum transportanda obsignet, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 17.* (10.) Honoraria aut Præmia, durante Officio, à nemine accipiat, *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 57.* (11.) Nulla Acta ad referendum sibi sumat, depositat, aut distribui petat, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 19.* *Jac. Blum. dict. loc. num. 54. & 71.* (12.) In Votis Singularitati malitiosè ac pertinaciter non studeat, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 3.* Quod tamen intelligendum est, non quasi contra communem opinionem nihil possit proferre, sed quod sine causa ingenii pervicaciam, ubi non necesse est, in damnum Litigantium ostendere debeat, quæ Singularitas colligitur, si sèpius affectaverit, *Stypmann. dict. tractat. num. 27.* (13.) Votationibus finitis conceptam Sententiam, postquam priùs perlecta est, Referens antequam discedat, aut ad alia divertatur, subscribat, *Ordinat. Cam. dict. tit. 13. §. 11.* addatur Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof-Ger. Ordin. tit. 65. §. Wann dann sie alle ic. (14.) Publicationi Sententiaæ adesse debet, *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 14.* Et hæc sunt principaliores partes Officii Referendarii, quæ Personam Referendarii in Camera Imperiali maximè concernunt. Reliquas, ut suprà monui, ad singulas materias, quando de Modo Referendi, Votandi, & Sententias Concipiendi dicetur, reservabo.



SECTIO QUINTA, De Materia Relationis Judicialis.

Aphorismus I.

Venio nunc porrò ad Materiam. Est autem Materia, de qua Relatio fit, Primiò, Acta; sive Gestæ Judicialia, à Partibus litigantibus in Judicio coram Judice de re controversâ, & à Scribâ Judicij consignata: aut sunt & dicuntur Acta Judicialia in lata significatione, Literæ quæ in unaquaque causa, durante Judicio, gesta & peracta sunt, sive id factum in Scriptis, sive ore tenus, Germanicè Gerichts' Händel / Gerichtliche Acten, item simpliciter Acten.

Exegesis.

1. **E**X Aphorismo nostro palam est, de quibus Actis nobis sermo sit: Interim autem quotupliciter Acta sumantur, silentio hīc non involvendum. Dicuntur autem Acta, Primiò, generaliter quælibet facta, sive ea facta sint animo, sive corpore; sive omittendo, sive committendo, sive dissentiendo; sive re, sive verbis quid agatur, l. semper in stipulationibus. 34. ff. de Regul. Jur. l. 2. ff. de solution. l. sciendum est. 30. l. stipulatio ista. 38. §. in stipulationibus. 18. ff. de verbor. obligat. l. heredes palam. 21. §. fin. ff. qui Testamenta facere possunt. l. more Romano. 8. ff. de feriis. l. 19. ff. de verbor. & rer. significat. Joh. Goeddæ. ad dict. l. 19. ff. de verbor. & rer. significat. num. 3. 4. & 5. Secundò, specialiter ac magis propriè (1.) gesta ab eo, qui tогatus in Republica cum Potestate Imperioque versatus erat, aut per Magistratum gesta in Literas publicas relata erant. Unde Acta Libri seu Tabulæ erant, in quibus scriberantur Res gestæ Principis aut Populi, aut etiam Leges. (2.) Literæ omnes de quorumlibet Judicium Sententiis præscriptæ, Actorum nomine censabantur. Item (3.) quodcumque apud Jus dicentem ad causam sive publicam, sive privatam pertinens, gestum, ejusque Literis mandatum erat. Duo autem genera Actorum progressu temporis constituta fuerunt, publica & privata. Privatis Actis autem contineri dicuntur Testamenta, Rationes vel Contractus, aliave privatorum gesta, l. 1. §. 2. ff. de edendo. Joh. Calvin. in Lexic. Jurid. verb. Acta. Publicis Actis verò [1.] Leges & similia, quæ à Principe geruntur; [2.] Quæ ad Fiscum vel Commentaria Principis, vel ad Grammatophylacium pertinent; [3.] Libri ac Tabulæ, continentis publica Ci-vita-

vitatis Acta, id est Negotia, quæ & pro Legibus, (Statuta vulgus appellat) continebantur; [4.] Quæ confecta erant apud publicas Personas, ut sunt ipsi Judges, Actuarii, Notarii, Joh. Calvin. dict. loc. [5.] Acta Publica etiam sunt, quæ respiciunt vel voluntarium, vel contentiosum & contradictorium Judicium. Ad voluntarium pertinent, quæ inter volentes expediuntur, & in quibus Decretum Judicis interponitur. Et hoc modo dicitur in Jure Donatio Actis insinuari, §. 3. Institut. de Donation. vel Testamentum apud Acta fieri, l. 19. Cod. de Testament. Welsenbec. Paratitl. de Testament. num. 10. Servus, Actis intervenientibus Filius nominari, §. fin. Institut. de Adoption. Filius emancipari, §. 7. Institut. quibus modis Jus Patriæ Potestat. quòd scilicet Magistratui talia insinuentur, ut in Libros publicos redigat, Bachov. ad dict. §. 3. Institut. de Donation. item Tutor constitui & dari. Quæ etiam alio vocabulo Acta Forensia dicuntur, Maranta in Speculo Aureo part. 6. tit. de Actor. edition. num. 5. Ad Judicium autem Contradictorium spectant propriè Processus Juris, & ejusmodi Processus nobis dicuntur Acta Judicialia, quæ dupli modo in Aphorismo nostro descripsimus.

Aphorismus 2.

Acta Judicialia ut ita dicantur, novem requiruntur: (1.) Judicium. (2.) Partes litigantes. (3.) Persona Judicis. (4.) Tabellio. (5.) Lis. (6.) Adjectio Loci, Diei, Mensis & Anni. (7.) Ac fiat regulariter Publicatio. (8.) Quod regulariter non scribantur & recipiantur in die non feriato. (9.) Quod regulariter etiam fiant de Die, non de Noche.

Diximus in Aphorismo nostro, PRIMUM Requisitum esse Judicium, hoc est, Acta debere fieri in Judicio, sive in Jure, seu Loco, quo Jus dicitur, sive apud Acta. Quippe haec Phrasæ ad unum omnes denotant Locum Judicij, Stypmann. dict. tractat. cap. 5. num. 45. & seqq. ideo autem in Judicio fieri debent Acta, quia Actus Extrajudiciales dicuntur Facta, non Acta, Guid. Pap. decif. 616. num. 3. Licet non omnis fides illis derogetur, quæ extra Judicium à Judice vel Notario geruntur; atamen non in Judicio, sed quasi in figura Judicij factum dicitur, l. 2. Cod. de Custod. Reor. l. 1. §. 10. ibi: quasi in figura. Cod. de latin. libertat. tollend. Et quamvis Notarii Judges Ordinarii indè dicantur, quia Actus Judiciales, ut Appellatio, coram illis expediri possunt, Bornit. part. 1. cap. 20. non tamen talia Gestæ Actorum nomine venire possunt. Nec refert quod in l. 4. §. 1. ff. de Interrogation. in fur. faciend. dicatur, Jus esse non eum solùm locum,

locum, ubi Prætor Juris dicendi vel judicandi gratiâ consistat, sed si domi & itinere hoc agat. Nam hîc notandum, olim Prætori licuisse sellâ positâ extra ordinem Jus, id est, Locum Judicij constituere, dummodo nihil contra Majestatem Imperii, & in levibus causis, ubi de plano agebatur, faceret, Bachov. in *Protis tit. de Jur. pag. 18.* Stypmann. *dict. loc. num. 53. & seqq.* SECUNDO, ad validitatem Actorum requiruntur Partes litigantes, quia omnia Acta debent fieri, Parte præsente & citata, vel absente per Contumaciam, aliâs non probant, nec alteri præjudicant, & in casu in quo sumus in Contradictorio Judicio, *l. de unoquoque. 47. ff. de re judicat. l. nam ita divus. 39. ff. de adoption. l. si quando. 19. Cod. de testibus. & cap. 2. de testib.* & insuper fiant alterâ parte instantiæ, quod debet apparere ex Actis, ad cuius instantiam Actus celebratur, aliâs Acta non valent, ita tenet Angel. in *Confil. 286. column. 2.* ubi præcipiè loquitur de Sententia lata, quòd non valeat; nisi appareat, ad cuius instantiam lata fuit. Unde Sententia nunquam debet ferri, nisi una pars faciat instantiam, & faciat aliam partem citari ad Sententiam; aliâs non valet, ita tenet Imol. in *dict. l. de unoquoque. 47. ff. de re judicat.* & Bartol. in *l. 1. Cod. ut que desunt Advocat.* Paul. de Castr. in *l. Judicio. Cod. de Jud.* Jason. in *l. properandum. 13. §. Et si quidem. column. 1. Cod. de Judic.* Marant. in *Speculo Aucto-
reo part. 6. de Actor. Edition. num. 16. & 17.* TERTIO, requiritur, ut fiant coram Judice, vel Judice mandante, ut notant Alexand. & Imol. in *l. illud. 29. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Bald. in *l. interrogatam. 24. Cod. de liberal. caus.* Luc. de Penna in *l. instar. 2. Cod. de Jure Fisci. lib. 10. l. 2. Cod. de edendo.* ibi: apud quem res agitur. *l. 46. ff. de re judicat.* & legimus apud illos, olim Libros fuisse, in quibus Pronunciata & Sententia descriptra fuerint *enarrata,* seu Submemorations dictæ, ut ex illis retro Judex se informare, & anteacta reminisci possit, *l. 13. §. 10. ff. de Excusation. Tutor.* Stypmann. *dict. loc. cap. 5. num. 19.* Marant. *dict. loc. num. 18.* Judex autem hæc Acta aut ipse scribere, aut ut conscribantur diligenter debet curare; aliâs si ex negligentiâ Judicis Acta non sint conscripta, punitur Poenâ arbitriâ, Mynsing. centur. 1. obseruat. 11. & centur. 2. obseruat. 16. Et si Judicis aut Notarii negligentiâ Acta manca sint, & imperfecta, nec edi integrè possint, tenetur Judex Parti ad interesse, Mynsing. *dict. loc. Gail. lib. 1. obser-
vat. 134. num. 13. & 14.* Alleganti autem Actorum defectum, & restorationem petenti, Probatio incumbit. Probatur autem defectus per Inspectionem Actorum; nam editis Actis, quod in iis scriptum non repertur, omissum esse, adeoque nunquam intervenisse intelligitur. Unde si in Actis non constet de Libello, Litis contestatione, & aliis ad Processum pertinentibus, eorum omissione eo ipso sufficienter probata

bata est, per text. in cap. quoniam contra. ii. de probation. Panormitan. & Fe- lin. *ibid.* Canonist. in cap. Albericus. 43. de Testibus. Bald. in Authent. qua Sup- plicatio. Cod. de Precibus Imperatori offerendis. Si autem Judex jurat, Acta esse integra, & integrè edita, statut in dubio Juramento Judicis, Gail. *dict. loc. num. 17.* Quod autem dictum est, Acta diligenter conscribenda esse, de majoribus causis accipiendum est: nam in brevioribus Scriptura non requiritur, per text. in *Authent.* nisi breves. Cod. de Sentent. ex peric. reci- tant. Maranta *dict. loc. num. 29. 30. 31. & 32.* sed statut nudæ assertioni Ju- dicis, Gail. *dict. loc. num. 14. 15. & 18.* Quæritur hîc [1.] si Acta sint deper- dita & amissa, aut imperfecta, quomodo procedendum? Camera amissis Actis prioris Instantiæ, aut ita imperfectis & mancis existentibus, ut super iis Judex certam Sententiam proferre nequeat, causa ex officio pro conclusa acceptari, & Actori Primæ Instantiæ injungi solet, ut in Camera de integro agat, Gail. *dict. loc. num. 21.* Quæritur [2.] An Acta deperdita Testibus probari possint? Quando Acta requirentia Scriptu- ram fuerunt celebrata in Scriptis, & sunt deperdita, tunc possunt pro- bari per Testes; secus, si nunquam fuerunt scripta: quia ex quo non valent, non oportet ea probari per Testes.. Sed si sunt talia Acta, quæ de necessitate non requirent Scripturam, possunt indistinctè probari per Testes, ita declarat Bald. in *l. emancipatione. 11. Cod. de fide Instrumentor.* Lanfranc. in *dict. cap. quoniam contra. ii. column. 4.* Marant. *dict. loc. num. 31.* Quæritur [3.] si sunt facta Acta alicujus Processus, & postea perditur Processus, adeò, ut sit necesse facere Acta de novo, deinde celebratis novis Actis reperitur primus Processus, cui sit danda fides, & an cre- datur primis, vel secundis Actis? Respondeatur, quòd si nondum est lata Sententia super secundo Processu, creditur primo tantum & non secundo, & secundum prima Acta debet ferri Sententia. Secùs, si esset Sententia lata super secundis Actis, antequam essent inventa prima; ita tenet Andr. de Isern. in *Constitut. Cordi nobis.* Marant. *dict. loc. num. 52.* QUARTO, requiritur, ut Acta scribantur per Tabellionem, sive Nota- riuum Actorum deputatum. Tabelliones primò in Jure dicuntur publici Contractuum & ultimarum Voluntatum Scriptores, *l. 1. Cod. ut nemo ad suum patrocin.* *l. 2. Cod. de Eunuchis.* vel ut vult Brisson. qui Instrumenta formant, conficiunt, & conscribunt, & de eis est specialis Novella 44. vide ad hanc Novellam omnino Matth. Stephan. in *Novell.* item *l. 9.* §. nonnunquam. 4. ff. de pan. *l. 14. §. his Tabellionibus. 3. Cod. de SS. Eccles.* Post- modum autem ad Forensia Negotia adhibiti sunt, inde Instrumenta à Tabellionibus (quos nunc Notarios publicos vocamus) confecta, sive conscripta, *ayogaja* dicuntur, *Novell. 49. 52. 73. 117. & 142.* Forensia, sive Publi-

Publica, *i. comparationes. 20. Cod. de fide Instrumentorum.* Hodiè autem Tabelliones sunt Protonotarii, Notarii, Verwalter / Lectores, Registratores, Secretarii, Actuarii, & Scribæ, qui etiam dicuntur ab Actis. Eorum Officium est, ad Tribunal Judicis Producta Partium Litigantium nomine vel excipere, vel describere ad Acta, vel Processus expedire, & Judicia ordinare, Vultej. in *Commentar. ad Institut. de Action. in princ. num. 32.* Calvin. in *Lexic. Jurid. verb. Tabelliones.* Joh. Emeric. à Rosbach. *Prax. Civil. tit. 8. num. 1. & 3.* Sed eorum Officia usū, & certis quibusdam Ordinationibus Judicii distinguuntur. Secundūm Ordinationem Cameralem in Cancellariā, latè sic dictā, dicuntur (1.) Præfector Cancellariæ, Cancellier-Verwalter / qui negotiorum in Cancellaria Judicij Cameralis expediendorum Administrationi præfet, ejusque Officium præcipue consistit in duobus & viginti Punctis sive Partibus, Blum. *Procff. Cam. tit. 12. per tot.* Cancellaria Judicij Cameralis autem (strictè dicta) est Conclave, in quo Personæ ejusdem Cancellariæ circa Processuum aliarumve Literarum Conceptionem, Scriptionem, Sigillationem, Insinuationemque, item Actorum Completionem ac Descriptionem occupantur. Latè dicta comprehendit Lectoriam, de qua infrà, Blum. *dict. loc. tit. n. num. 4. & 5.* (2.) Protonotarii, die furnehmste oder oherste Schreiber/ quorum tres esse debent, dicuntur Personæ in Judicij Cancellaria, in concipiendis Processibus, in Audientia, in Procuratorum Recessibus excipiendis, ut denique in Senatu in Votis Assessorum annotandis, Sententiisque inscribendis præcipue occupatae, eorumque Officium continet octodecim partes, Blum. *dict. loc. tit. 13. per tot.* (3.) Notarii sunt Personæ in Judicij Cancellaria, in complendis Actis, in Audientia, in Recessibus Procuratorum excipiendis, & denique in Senatu, in Decretis Sententiisque inscribendis præcipue occupatae. Et hi Notarii subdividuntur in Notarios Causarum privatuarum, & Notarium Fisci. Notarii Causarum privatuarum, quorum quinque esse debent, sunt, qui circa easdem Causas versantur. Vocantur autem hic illæ Causæ omnes privatae, quæ ratione seu originis non sunt Fiscales. Notarius Fisci verò dicitur, qui circa solas Causas Fiscales occupatur. Horum Officium habet in se duodecim partes, quas omnes recenset Blum. *dict. loc. tit. 14. per tot.* Senior autem inter istos quinque Notarios privatuarum Causarum, solet vocari Registrator; quia ille maximè circa Registraturam Protocolli Judicialis occupatur. Registratura Protocolli Judicialis est Codex, continens Rubricas Causarum in Camera pendentium, atque indicans ejusdem Protocolli Paginas, in quibus Recessus in singulis Causis habiti reperiuntur. Unde etiam Repertorium nominatur. Quid verò sit Proto-

Protocollo Judiciale, de hoc infrà erit locus dicendi, idem Blum. *dict. tit. 14. num. 5. & 6.* (4.) Lectores, die Leser / à legendō, id est, colligendo, quia illi Acta colligunt atque custodiunt, weil sie die Acta zusammen lesen / (señlen / binden und verwahren /) sunt Personæ, quorum quatuor sunt constituti in Judicij Actis custodiendis complendisque præcipue occupatae, Blum. *dict. loc. tit. 15. num. 1. & 2.* Lectoria Judicij Cameralis autem est Conclave, in quo Acta Judicialia reconduntur & custodiuntur. Hæc Lectoria, ratione Actorum, divisa est in duo Archiva, zwey Genöthe. Unum Archivum continet omnia Acta Causarum Fisci, Mandatorum fractæ Pacis, Spolii, Simplicis Querelæ, Compromissi, Invocationis Brachii Secularis, Executionum Compromissi, & aliarum, quæ non per Appellationem, sed aliis viis eò devolutæ sunt. Alterum continet Causas Appellationum, & quicquid ad eas pertinet, utpote Attentatorum, Declarationum ob non Partitionem, Compulsorialium, Inhibitionumque, & illorum omnium Executionis, Blum. *dict. loc. tit. 11. num. 6. & 7.* Officium Lectorum complestitur viginti novem partes, Blum. *dict. loc. tit. 15. num. 4. usque 32.* (5.) Receptor, der Einnehmer / est, qui Debita Cancellariæ recipit, istorumque rationes reddit; is in receptione Pecuniaæ solutæ ita sè gerat, ne quis meritò queri possit, Blum. *dict. loc. tit. 16. num. 1.* (6.) Ingrossista sunt Personæ, circa conceptos Processus Camerales per majusculas Literas describendos, occupatae. Nomen Ingrossista descendit à verbo *Ingrossare*, quod est ratione originis Germanicum, compositum ex *grin* & *gross* / nihilque aliud denotat, quam Conceptum minoribus Literis exaratum per majusculas Literas describere, *Ingrossiren* / in *gross schreiben* / mit großen flaren Buchstaben schreiben: Hinc ejusmodi Descriptor appellari solet Ingrossista, Blum. *dict. tit. 16. num. 2. & 3.* (7.) Copista sunt Personæ, circa ejusdem Judicij Acta describenda occupatae. Nomen Copista venit à voce *Copia*, quæ significat Exemplum, seu Exemplar ex Originali descriptum, eine *Whschrift* / *Copie*: Hinc tales Descriptores appellantur Copistæ, Copisten / Blum. *dict. tit. 16. num. 4. & 5.* Officium Ingrossistarum & Copistarum est, quod illi horis solitis tempori in Cancellaria adsint, scribenda per Præfectorum, Proto- & Notarios, diligenter & correctè exarent, aliaque Præfecti jussa capeant, ac cæteroquin in Cancellaria suo Muneri sollicitè invigilent, Blum. *dict. loc. num. 6.* Hæc Personæ autem omnes, ut & subseqüentes, ab Electore Mogertino, tanquam Archi-Cancellario, constituantur, Blum. *dict. loc. tit. n. num. 9.* De cateris Cancellariæ in Judicio Camerali Ministris, & Personis minus principalibus, qui apparent, Judicumque jussa exequuntur, ut sunt Famulus Can-

cellariæ, Cangley-Knecht / Magister Nunciorum, Bottenmeister / Nuncii, qui sunt Equestris & Pedestres, Reitende und Fuß- oder Bey-Botten / & Pedelli, vide Blum. tit. 16. num. 7. tit. 17. 18. & 19. per tot. Ordinatione Cancellaria Ducat. Brunsuic & Liineburg. Officium Secretariorum tit. 6. per tot. & tit. 7. ut & hinc inde in aliis Titulis descriptum est. De Officio Magistri Nunciorum, von des Bottenmeisters Auct tractat tit. 5. In quibus partibus autem Officium Fiscalis consistat, singularis Titulus in Ordinatione non reperitur, sed de eo sparsim dispositum, vide tit. 4. §. 14. tit. 7. §. 5. & tit. 35. §. 1. De Officio Cancellistarum vide dict. tit. 7. §. 5. & tot. tit. 35. De Officio Famuli Cancellariae sive Pedelli, inter cætera cautum est tit. 7. num. 3. & 4. Officium Nunciorum autem describitur tit. 8. Quodnam Officium autem habeat in Judicio Aulico Ducat. Brunsuic. & Liineburg. 1. Secretarius, 2. Fiscalis, 3. Scriba, 4. Pedellus, 5. Nuncii, vide in primis tit. 6. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 19. 20. 28. 29. 51. 64. 65. 75. 76. & alibi. Quoniam suprà dictum, quòd Notarius debet scribere Acta, queritur hic: An Notarius præcisè ad Acta describenda sit adhibendus, aut si Copia Notarii haberi non possit, an sufficient duo Scriptores privati Viri idonei? 1. Sufficere de Jure Communi, si Notarius haberi non possit. Queritur porro: Cùm Jus Commune exigat, ut duo ad minimum privati Scriptores ad Acta sint constituendi, an unus sufficiat? 2. De Jure Communi affirmatur secundum Stylum Curiæ, aut Consensum Partium, aut Consuetudinem, Maranta dict. loc. num. 21. 22. 23. 5. 24. 25. 26. & 28. ubi latè hasce questiones defendit. QUINTO requiritur ad Acta Lis. Nam si petatur Sententia, quæ litem dirimat, necesse est rem esse dubiam. Dicitur autem Lis omnis Controversia, Discordia, Causa, sive Quæstio, Zanger. de Exception. part. 1. cap. 1. num. 32. cum aliquo de re aliquâ, Judicio accepto vel nondum accepto, suscepta per l. lit. 36. ff. de verbor. significat. ubi Ulpianus litis nomine intelligi scribit, omnem Actionem, sive in Personam, sive in Rem. Actio autem etiam ante Judicium acceptum, seu Litis contestationem, & post dicitur & nominatur, quod & ex eo confirmatur, quòd Lis interdum dicitur mota, interdum accepta, l. postquam. 4. Cod. de pat. l. 1. Cod. de Judic. l. 1. Cod. de lit. contestat. Mota lis intelligitur ab Actore, quando Actio instituitur, Reusque in Jus vocatur, & Libellus Conventionis ei offertur, §. ult. Institut. de poena temerè litigant. quo facto lis nondum est contestata, argum. l. 1. Cod. de lit. contestat. Lis verò accepta intelligitur ex Actoris intentione, & Rei Responsione, hoc est Litis contestatione, l. 1. junct. Authent. seq. Cod. de lit. contestat. unde dubitandum non est, Litem, tanquam vocabulum generale, nihil aliud significare, quam Causam ipsam, quæ est Res

Res ipsa in Judicium deducta; quamvis quidam Doctorum aliud esse Litem, aliud Causam defendere conati sint, inter cæteros est Maranta in Speculo Aureo part. 5. per tot. Nomina quidem sunt distincta, re tamen ipsa & effectu inter se eadem. Nec obstat l. causas. 16. Cod. de Transaction. ubi Imperatores per particulam Vel, quæ est alternativa, distinguunt Causas à Litibus, & contra Lites à Causis. Nam quod de conjunctione Aut, legimus, eam interdum ita accipi, ut videatur copulativo modo esse prolatæ, l. cum quidam. 4. Cod. de verbor. significat. idem dicendum est de conjunctione Vel, cùm utraque sit disjuncta, Zanger. de Exception. part. 1. cap. 1. num. 9. & seqq. SEXTO requiritur, ut in singulis Actis inferratur Locus, Dies, Mensis, & Annus, in quo celebrantur, text. est in cap. quoniam contra. 11. & ibi gloss. in versic. tempora. de Probation. & habetur in cap. Abbe sane. circa fin. de re judicat. Hottomann. in §. fin. Institut. de Adoption. Maranta dict. loc. num. 51. Quo fine olim habuerunt Volumina Gestorum, in quo hæc consignarentur, l. 39. §. 1. in fin. Cod. de Appellation. Hodiè in Judiciis Liber est, Registratura dictus, in quo omnia consignantur, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 64. In aliis Judiciis, teste Experienciam, Actis præfigitur Designatio Actorum, cum adjectione Loc. Diei, Menfis, & Anni. SEPTIMO requiritur regulariter, ut Acta sint in Judicio publicata. Nam ante Publicationem non habent publicam fidem, l. gesta. 6. Cod. de re judicat. & Bald. in l. publicati. 2. in 5. question. Cod. de Testament. Et dicit Bald. in l. in bona fidei. 3. column. 3. vers. item queritur. Cod. de rebus creditis. Imò etiam semiplenè non probant Attestationes non publicatae. Acta enim non publicata, sunt ad instar imbreviaturæ Notarii non solennis, ut notant Gloss. & Bartol. in l. fideicomissa. 11. §. quotiens. 1. ff. de legat. 3. licet quidam teneant contrarium, Marant. dict. loc. num. 33. & seqq. OCTAVO requiritur regulariter, ut Acta scribantur & recipiantur in Die non feriato; alias non valent, maximè, si est Dies feriatus ad Honorem Dei, l. fin. Cod. de Feriis. Marant. dict. loc. num. 36. qui num. 36. & seqq. duodecim Limitationes annexit. NONO principaliter & regulariter requiritur, ut Acta fiant de Die, & non de Noche, cap. consuluit. 24. & ibi Gloss. & Abb. in fin. column. de offic. & potestat. Judic. delegat. & præfertim non potest ferri Sententia de Noche, ut notant Dd. in l. non minorem. 20. Cod. de Transaction. Quid autem, si exstaret Consuetudo contraria, in quibus Casibus valeant Acta de Noche? vide Jason. in dict. leg. non minorem. 20. & Felin. in dict. cap. consuluit. 24. column. antepenult. Et tantum de Requisitis Actorum Judicialium.

Aphorismus 3.

*Porrò Acta Judicialia dividì solent (1.) ratione Modi propo-
nendi in Judicio in Protocollo & Acta strictè sic dicta. Protocolla
dicuntur Literæ, compleßentes ea, quæ à Partibus, vel Judice ore-
tenus in Judicio proponuntur. A Judice, si quæ prolata, vocantur
SENTENTIAE; A Partibus proposita consueverunt appellari
RECESSUS. ACTA strictè sic dicta autem dicuntur omne,
quicquid in Scriptis in unaquaque Causa est exhibitum. Et sic op-
ponuntur Protocollis suis; conjunctim autem sumpta, dicuntur tota,
integra & completa.*

1. Divisio hæc particularis in Aphorismo nostro proposita obtinet tam in Camera Imperiali, quām in quibusdam Judiciis Aulicis Principum, ut in Judicio Aulico Ducat. Brunsuic. & Lüneburg. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 6. & tit. 64. & aliis Inferioribus Judiciis.
2. Protocollum in Camera Imperiali ortum suum habet ex eo, quod omnia quæ oretenus tam à Litigantibus, quām à Judice proponuntur, Scripturæ, quæ Protocollum nominatur, mandari debeant. Nomen vero Protocollum, est compositum ex verbo περτος, id est, primus, & verbo γλωττα, id est Gluten. Nam id quid antiquitus in Glutine, seu Cerâ, quæ per Tabulas extensa erat, scribebatur, nominatum fuit Protocollum, quasi dices, prima Conglutinatio, seu Concinnatio, hinc Protocollum quoque appellatum, quid breviter & succinctè primò annotatum, ut postea extendi, & in melius componi possit, Schard. in Lexic. Jurid. voc. Protocollum. Quam ob rem Codicem, in quo Notarius publicus Actuum coram se ipso gestorum substantiam annotat, hodie vocamus Protocollum. Ob eandem rationem quoque Protocollum nominamus Codicem, in quo Actuarii (id est, Scribæ Judicarii) verba Litigantium & Judicis, ac reliqua in Judicio gesta describunt. Atque hoc sensu hic accipitur. In Judicio Camerali verò varia habentur Protocolla; & quidem PRIMO, sunt Protocolla Assessorum, in quibus ipsi Assessores annotant suas Relationes, ut & Motivas, ob quas Processus extrajudicialiter petitos decreverint, vel denegaverint, & quid in Senatu alioquin peregerint. SECUNDO, Protocolla Proto- & Notariorum, in his Protocollis Proto- & Notarii omnes Sententias in Camera publicatas conscribunt, unā cum Nominibus Assessorum ac Motivis, ex quibus Sententia promanata. Dicuntur & Raths- Protocol. Deinceps in iisdem Protocollis Decreta super Supplicationibus in prægnantibus Causis con-

concepta, & illorum Motivæ, unā cum Nominibus Referentium conscribantur. TERTIO, Protocolla Judicialia, Gerichts-Protocoll, quæ sunt Codex, in quo Proto- & Notarii in Audientiis à Procuratoribus dictata & gesta conscribunt. Omnia enim in Judicio proposita & gesta, per Protonotarium cum Notario non solum, quæ ad substantiam necessaria videntur, sed verbetenus, prout proposita sunt, summâ industriâ conscribi oportet, quò Acta Judicialia ex illorum duobus Protocollis eò rectius compleri, & ex iis Sententiae concipi queant. Quapropter Proto- & Notarii, statim post Audientiam sua Protocolla conferant, Errataque in Protocollis deprehensa Judici modestè indicent. Hæc Protocolla consueto tempore colligantur, Repertorium super iisdem Protocollis (die Registratur) ut rectè sit compositum, unus ex Notariis diligentiam adhibeat. QUARTO, Protocolla Procuratorum, quæ hi domi in proprium usum conscripta habent. Hujusmodi verò Protocollorum Inspectio Sollicitatoribus à Procuratorum Scribis non concedenda. Deinde ipsi Procuratores sua Protocolla, atque ex iis extracta Manualia bene ordinata completaque, omni industriâ habere, neque amplius, ut hactenus factum, Protocollo Actorum Judicialium, quod duntaxat pro Judicio à Judice comparatum, & ideo in posterum illis atque Partibus harumve Sollicitatoribus non facile, & extra casus summe necessarios ad inspiciendum amplius communicandum aut ostendendum, freti esse debent. QUINTO, Protocolla Actorum, quæ ex Protocollis Judicialibus in diversis Causis, promiscuè in Audientiis dictata continentibus, separatum ad suam quamcunque causam conscribuntur, insertis Sententiis in illa causa latis. Horum fit mentio in Concept. renovat. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 41. lit. (B.) & tit. 40. §. 2. eod. ubi Protocolla Causalrum nominantur; passim simpliciter vocantur Protocolla, & Actis strictè acceptis, ut in Aphorismo nostro indicatum, opponuntur. Di-
ctum autem est in Aphorismo nostro, quid Protocollum in se contineat tam Sententias à Judice prolatas, quām Recessus à Partibus propositos; itaque Opera Pretium esse duxi, hic tantum de Recessibus aliquid indicate; quoniam de Sententiis infrà agendi locus opportunus erit. Recessus verò dicitur, quando Procuratores Scripta & Adjuncta, mediante Orali Proloquo, in Judicium non solum exhibent, sed etiam contra eadem nonnunquam, mediante eodem Proloquo, excipiunt atque alia peragunt. Et hoc Proloquium vulgo vocatur Recessus, Germanicè Mündliche Handlung / Mündlich Vorbringen / ein Fürtrag / Mündlicher Fürtrag. Ejusmodi verò Proloquium habere seu proferre dicitur Recess halten / item Recessiren. Modus autem Recessus habendi consistit in

in subsequentibus : Quod (1.) Procuratores in suis Recessibus Causas quam brevissimè intitulent, Puncta benè ac clarè distinguant, Partes, & semper Impetrantem primo loco in Intitulatura nominatum exprimant, primamque Intitulaturam in omnibus Causis, etiamsi plures Confortes Litis adsint, haud mutatam retineant, idque sub poena arbitraria (2.) Si Electores, Principes vel Status Imperii, aut alii Litigantes in Recessibus nominandi, nullis aliis verbis, quam Cancellaria in expeditione Processuum usâ est, utantur, omissis planè reliquis Epithetis, vel Titulis Dignitatum, ut & Synonymis Circumstantiarum Exaggerationibus, supervacaneis Protestationibus, similibusque Converbis (Neben-Wolf) quæ c. isæ parum proficia, omissis. (3.) Ne Recessus & Contra-Recessus supra modum multiplicentur, multumque temporis inutiliter conteratur, omnia in uno Termino peragenda in diversos Recessus non partiantur, sed unâ vice conjunctim proponant. (4.) Similiter Procuratoribus in suis oraliter agendis, in uno Puncto vel Petito non facile ullos ulteriores Recessus, ultra Replicas admittantur aut concedantur. (5.) Procuratores Contenta in Productis Documentisque nullo verbo repetant, sed duntaxat nudam Inscriptionem illorum in genere indicent. (6.) Tempus agendi ad proximam vel secundum petant, aut ulteriora sub poena arbitraria reseruent, nisi habeant causas relevantes. Verum illa Petatio seu Reservatio hodiè in totum prohibita : quia per hæc Audientia & Causæ nimis retardantur; Exceptio est in Recognitione seu Diffessione Sigillorum. (7.) Cunctis inutilibus Repetitionibus Anteactitorum, Submissionumque sub pœnâ severâ abstineant. (8.) A Recessibus Ordinationi parum conformibus & multoties haec tenus usitatis illegitimis Appendixibus : Wofern darauf ferner zu handeln nöthig sey / sich durch Bescheid dazu kommen zu lassen / aliisque supervacaneis & in retardationem Audientiarum vergentibus Recessibus sibi temperent. (9.) Procuratores semper in initio sua Rejectionis distinctè indicare tenentur, in quo Ordine agere velint. (10.) Procuratores in suis Recessibus sine immixtione Meritorum Causæ brevitati studeant, vel exspectent, ut ipsis è vestigio, in publica Audientia, quovis tempore seriò contradicatur, Recessus cum reservata Poena rejiciantur, atque sua necessaria in Scriptis proponere injungatur, Proto- & Notariis quoque ejusmodi Recessus scribere prohibeatur, & pro ejusmodi Recessibus Procuratoribus nihil taxetur. (11.) In iisdem Recessibus Dictariis, Verbis injuriosis, atque inutilibus, sub debita Poena abstineant. (12.) Recessus tardè, clarè, distinctè, atque sic dicantur, quò Proto- & Notarii eos scribere & protocollare queant. (13.) Procuratores, antequam Recessus

cessus habeant, sua Protocolla & Acta priùs diligenter inspiciant; alias si suorum antehac Actitatorum oblii, seu sua Protocolla & Acta non rectè inspicientes in Judicio se ad Judicialia Protocolla Actaque referant, & in eo errent, Poenam Ordinationis luant. (14.) Denique quilibet Procurator, à summo usque ad infimum, in eo ordine, quo collocatus est, agat, nullusque alterius Recessus præverat; Prorogationum Ordines non confundat; sed Ordinationi Camerali conformiter procedat, suas Causas modestè, breviter, ac utilibus verbis proponat, atque in omnibus se ita gerat, prout ratione sui Officii ipsum decet. Atque hoc modo præscripto hodiè Recessus, in Ordine Reproductionis Sententiatarum, & coram Deputato, ad Calamum dictari, in Ordine Novarum & Terminorum autem ex scripto, in triplo descripto (quod etiam observandum in Reproductione Processus Appellationis) recitari debent. Nec Procurator ex adverso Lecturam nullatenus interrumpere debet, nec ullos Contra-Recessus habere, sed sua agenda in Termino Legali, vel etiam anticipato, in suo tamen Ordine (scil. Terminorum) simili modo judicialiter proponere potest, exceptis quinque Punctis, in quibus Contra-Recessus habere licet. Et quidem [1.] si Originalia Adiunctorum, Procuratoriorum, aliorumve Documentorum producantur, quorum Recognitio in prälecto brevi Recessu efflagitata Procurator ex adverso illa in continentí recognoscat vel diffiteatur. [2.] Si Scripta ultra numerum Ordinationis contradicat, atque Scripta rejici postulet. [3.] Accusatam Contumaciam realiter purget. [4.] Si velit, ad exhibita Scripta in continentí pure submitat. [5.] In petitam Actorum Publicationem & Communicationem uno verbo consentiat, vide de his Jacob. Blum. tit. 63. in Proceff. Cam. Formula Reproductionis Recessus in Scriptis hisce ferè Formalibus in Processu Appellationis, de quo jam diximus, concipi solet:

Durchlängstigster Fürst / Römischer Kaiserlicher Majestät Cammer-Richter / Gnädigster Herr.

Kraft Original- gemeinen Gewalts sub Lit. A. reproducire ich auf-
gangen- und verfundne völliche Appellations- Proces originaliter cum re-
troscripta Nuncii Relatione, will Termine lapso Erscheinen vernehmen.

Übergebe darauf pro Justificatione Formalium, Instrumentum Ap-
pellationis sub Lit. B. Documentum Requisitionis Actorum intra trice-
sum sub Lit. C. nec non ipsa Acta priora clausa & sigillata.

In Puncto Solennum, weisen nach Aufweisung Documenti præsti-
torum Solennum sub Lit. D. die Appellantem denselben coram Domino
Inferiori Judice ein Genügen gethan; sive producire wegen des Advocati
Cau-

Causæ diesen Special - Gewalt ad præstandum Juramentum de non fri-vole appellando sub Lit. E. bin solches assybald abzustatten erbetig.

In puncto Causæ principalis exhibire diesen Libellum Summarium sub Lit. F. bitte Inhalts desselben / wie ingleichen der Gewalte / Documentorum atque Actorum Recognitionem , respectivè Publicationem & Communicationem, zuvörderst aber visa Executione Ruffen in Contumaciam.

Hierüber Euer Fürstl. Durchl. Hoch-Adelich Mild-Richterlich Amt unterthänigsten Fleisches anruffend:

Euer Fürstl. Durchl.

unterthänigster

N. N. Dr.

6. Blum. dict. loc. tit. 76. num. 69. Acta strictè sic dicta (latè autem accepta in Aphorismo 1. hujus Sectionis descriptissimus) quod attinet, in eis porrò considerandum, quod ejusmodi Acta subdistinguantur in Scripta & AdJuncta. Scripta (alias etiam Producta, Producten, Schrifften / Handiungen / Schriftliche Handlungen / nominata) sunt Literæ, in quibus deducitur Causæ seu ejus alicuius Puncti Controversia. Ejusmodi Scriptorum præcipua nomina sunt Libellus, Exceptio, Replicæ & Duplicæ. Et quanquam illis Scriptis, pro diversitate Factorum, diversæ ac variae Rubricæ ab Advocatis soleant affingi, utpote Anzeig / Gegen - Anzeig / Ableinung / Gegen - Ableinung / Beantwortung / Hinterreibung / Gegen - Handlung / Gegen - Beschluss / Schrift - an statt Mündlichen Recess, Submissiv - Gegen - Submissiv - Recess: tamen Scripta post Exceptions exhibenda sub nulla alia Intitulatura (adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordn. tit. 3. §. 3. & 4.) quam Replicarum & Duplicarum, non attento, quoconque etiam modo ab Advocatis inscripta sint, produci debent; quod confessim tam Pars adversa, quam Judex animadvertere queant, utrum exhibitum Scriptum numerum Ordinationis Cameralis transcendat, nec ne. Atque si Procuratores Intitulaturas ab Advocatis affectas commutare nequeunt, annotare debent, utrum ista Scripta loco Replicarum aut Duplicarum producantur. Quod numerum verò Scriptorum, juxta Ordinationem exhibendorum, distinguendæ sunt tres Classes. In Classe primâ ne quidem Replice admittuntur. In secunda Classe non admittuntur Duplicæ. In tertia Classe non admittuntur Triplæ. Et hæc Scripta olim quoconque etiam nomine appellarentur, aut exhiberentur; numero tamen prædicto articulatum, producenda erant, & principaliter super Facto, & non super Jure Communi formandi erant Articuli, nisi quis Jus Commune ex præarticulato Facto proflu-

profluens allegare velit, quod ei non prohibitum, modò tamen Jura non superflue & supervacaneè alleget, ne Adversario ansam disputandi & cavillandi suppeditet. Hodie (adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordnung tit. 4. §. 11. tit. 9. §. 3. tit. 19. §. 3. tit. 30. §. 7. tit. 33. §. 3.) omnia Scripta summarie concepta exhiberi oportet, & in enarrando Facto impertinentia non immiscenda, tamen ad marginem (quod autem non semper, præsertim ab extraneis Advocatis, observatur, sed plerumque Textus Juris & allegatos Doctores contextui inserere debent) unum vel plures Textus Juris, aut probatos Scriptores, qui in terminis terminantibus de causa scriperunt, allegare (adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordn. tit. 4. §. 20. & 21.) imò post Conclusionem Causæ Consilia, seu Informationes Juris (Rechts - Belehrungen) cum præmissa Facti Specie, & Rationibus dubitandi, in formam quasi-Relationis conscriptas exhibere permisum est. Ejusmodi Consilia verò neque in Referendo, neque in Votando Modum Decisionis Causæ determinent, nec quoad Factum ullo modo attendantur. Hæc Consilia verò tunc Pars Actorum fiunt, & Parti adversæ communicanda, si judicialiter sunt exhibita, alias non. Porro, scripta à Procuratoribus propriâ manu, & illis Nomina Advocatorum subscribenda, (adde Fürstl. Braunschw. Lüneb. Cangley-Ordn. tit. 4. num. 2.) summa industria ab Advocatis concipienda in duplo, (adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordn. tit. 3. num. 1.) & quidem correcta, (adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cangley-Ordn. tit. 4. num. 1.) exhibenda. Adjuncta, die Beylegen / sunt Literæ in exhibitis Scriptis allegatae eisdemque appositæ, uti sunt Documenta Probatoria, Instrumenta, Missivæ, Procuratoria &c. Et dividuntur in Originalia & Copias. Copia autem est vel nuda, vel vidimata. Vidimatio verò fieri debet à Magistratu, & non à Notario; alias Copiæ non creditur, nec quicquam probat, licet Notarius Instrumentum conficeret, & Copiam insereret, Blum. dict. loc. tit. 63. Et hoc modo ut in Aphorismo nostro monui, Acta strictè sic dicta opponuntur Protocollis; conjunctim autem sumta dicuntur in lata significatione, ut in Aphorismo 1. hujus Sectionis ultimo loco descriptissimus, tota, integra, & completa, Blum. dict. loc. tit. 63. num. 12. & tit. 75. num. 10.

Aphorismus 4.

Deinde & quidem (2.) Acta Judicialia dividi solent, ratione Relationis sive Judicandi in Acta Judicii propriè sic dicta, que reflectiunt tantum Litis Ordinationem & Judiciorum Solemnitatem.

prout sunt *Citationes*, *Libelli*, *Satisfactiones*, & *Litis contestationes*, *Publicatio* & *Conclusio*, & alii similes Actus; Et in *Acta Causæ*, seu *Litis*, quæ respiciunt *Veritatis indaginem*, prout sunt *Attestationes*, *Confessiones*, *Scripturæ*, *Allegationes*, & aliae *Probationes*: Et denique in *Acta Sententiarum*, quæ respiciunt *Litis Decisionem*, ut sunt *Sententiae definitivæ*. Quæ autem divisio *Actorum* tantum locum habet in *Judiciis Ordinariis*, non *Extraordinariis*.

1. Hanc *Actorum Judicialium Subdivisionem* posuit *Maranta* in *Speculo Aureo* part. 6. tit. de *Actor. edition. num. 13. & 14.* & quidem non sine ratione; quia hæc, ut infra *Sectione VI* pluribus dicendum, in omnibus *Actis*, de quibus in *Judiciis Ordinariis Relatio fieri* debet, spectanda.
2. Nam ne Nullitas *Sententiae committatur*, *Forma* & *Ordo Processus* est attendendus, *Rosbach. Prax. Civil. tit. 1. num. 56.* & *tit. 72. num. 1.* jungs *Sebast. Vantii tractat. de Nullitatibus Processuum & Sententiarum*, qui latè materiam Nullitatis exposuit. Non enim sufficit *Judicium esse*, nisi omnia *Ordine procedant*, & si tumultuariè agatur, facilè *Judex* in errorem venire potest; ideo olim certæ *Formulæ* & *Partes Judicij*, quæ à *Citatione* incipiebant usque ad *Sententiam*, erant inventæ, de quibus *l. 2. ff. de Orig. Jur. istis postea antiquatis, nihilo minus mansit certus Ordo procedendi, tot. tit. Cod. de Formul. & Impetration. Action. sublat. Joh. Harpprecht. in tit. Institut. de Action. ad §. supereft. num. 9. pag. mihi 7. Stypmann. dict. tractat. cap. 5. num. 70.* Hodie verò *Ordo* procédendi maximè habetur ex *dispositione Juris Canonici*, non quidem ex *Pontificis præcepto* & *jussu*, sed ex *usu*, *Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 2. thes. 39.* nisi aliorum *Judiciorum Ordinationes* sive *Statuta* adsint. Quam *Formam* in genere hodie agendi in *Judicio* ex professo tractant *Rosbach. Brunnemann. Ummius. Maranta. Goblerus. Harpprecht. Processum Camerale* in specie *Gail. Gylmann. Roding. Mindan. Gilhaus. Mynsing. Schyvanmann. & novissime Jacob. Blum. Processum Saxonum Berlich. Pister. Chilian. König. Toming. Fachs. Carpzov. Fibig.* De *Forma* procedendi Hannoveræ in *Judicio Aulico* & *Cancellariâ* singulares *Ordinationes* exstant. Ad alterum *Membrum Subdivisionis*, quia in eo non tam spectatur *Solennitas Judicij*, quam *Causa ipsa* in *Judicium* deducta, *Maranta* omnes partes *Actorum*, quæ *Probationem Causæ* concernunt, quoquinque nomine etiam veniant, refert. Nam si *Relatio de Causa facienda*, non possunt non attendi eæ partes *Actorum*, quæ faciunt principaliter ad *Probationem Litis*, sive *Causæ*. Probari enim debent *Facta & Qualitates*, quæ ad *Causam* spectant, & in quibus *Intentionis Fundamentum* positum est,
- Mascard.

Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 17. num. 24. l. 2. Cod. de Probation. Rosbach. dict. loc. tit. 53. num. 14. Tertium *Membrum Subdivisionis Actorum* continere diximus *Litis Decisiones*, hoc est *Sententias definitivas*, de quibus plenè per *Bartol. in l. is. apud quem. 2. Cod. de edendo. & in l. cum lice mortua. 2. ff. judicat. solvi. Abbas. Felin. & communiter Dd. in dict. cap. causam qua. 11. de Testibus.* Quam autem subdivisionem impugnat *Stypmann. dict. cap. 5. num. 77.* distinguendo inter *Instantiam Primam*, & *Secundam*. In hac dicit, quod *Sententia* veniat nomine *Actorum*; quia *Referendarius* omnino spectare debet ad *Sententiam* in *Prima Instantia latam*; si ista impugnata sit, cum de novo *Lis* contestanda, & alia *Sententia* exspectanda sit: in ista autem putat quod non. Cum de *Sententia amplius non lis*, sed finis sit. Verum, quoniam *suprà Aphorism. 1. & 2. memoratae definitiones*, & *Requisita Actorum Sententiis* sive in *Prima*, sive in *Secunda Instantia* latis convenient, non video, cur non ad *Acta referenda*? Postremò in *Aphorismo nostro adduxi*, quod hæc divisio tantum in *Judiciis Ordinariis*, non *Extraordinariis* obtineat. Ratio, quia in hisce ea sola, spretis omnibus *Juris Civilis Solennitatibus*, observantur, quæ *Juris Naturalis*, *Gentium*, ac *necessitatis absolutæ* sunt, *Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 9. thes. 66. Wulf Brocktorff in Nucleo Juris Justiniane. Pandectarum Exercitat. 2. thes. 21.* Quæ autem in *Summariis* sive *Extraordinariis Judiciis* omitti possunt, quæ non possunt, latè & quidem bene exposuit *Zanger. de Exception. part. 1. cap. 2.* breviter *Carpzov. Jurisprud. Consistorial. lib. 3. definit. 28.* Idem *Process. Jur. part. 1. tit. 1. num. 28. & seqq. ut & lib. 1. Respons. 79. num. 6. & seqq. Struv. dict. loc. Brunnemann. Process. For. cap. 1. num. 16. ubi statuunt, quod debeat fieri *Narratio Facti aliqualis*, *Petitio*, *Citatio*, *Responsio*, *Defensio quædam Citati*, *Cognitio Causæ*, &, si opus sit, *Probatio*, & demum *Sententia ferenda* sit.*

Aphorismus 5.

*Cognitâ primâ parte materiæ Relationis, utpote Actorum Judicialium Processum concernentium, restat secundò nunc altera pars materiæ Relationis, nempe *Causarum*, medianib[us] *Actis*, in *Judicium deductarum*. Est autem earum summa divisio in Ecclesiasticas & Seculares. Illæque subdividuntur, & sunt, vel merè Spirituales, quæ *Fidei Christianæ Veritatem immediate ressiciunt*, *Ceremonias Sacras*, *Cultum Divinum*, & etiam ea, quæ sunt *Ordinis*, ut *Vocationes & Ordinationes Sacrae Ministeriorum*: vel sunt Spirituales,*

les, ratione dependentiae & consequentiae, quae ressidentiunt Disciplinam Ecclesiasticam, & Controversias de Personis & Bonis Ecclesiasticis, de Reformatione, & similibus: vel sunt Mixtae, quae aliquando ad Forum Seculare, aliquando Forum Ecclesiasticum pertinent; utpote, quando de Jure Patronatus, ac de Possessione Rerum Ecclesiasticarum, vel similibus Controversis in facto consistentibus controversiae exoriantur. Quae Causae Ecclesiasticae autem omnes, exceptis mercè Spiritualibus, potestatem internam non externam concernentibus, coram Judice Ecclesiastico expedienda.

1. Duplicem esse Jurisdictionem, Politicam, sive Secularem, & Spiritualem, sive Ecclesiasticam, nemo forsitan unquam fuit qui negaverit, vel ex solo principio Novellorum convictus, ubi Imperator Justinianus maxima Dei inter homines dona esse ait; Sacerdotium & Imperium. Hinc etiam Ecclesiastica Jurisdictio in genere circa Res Divinas, Spirituales & Coelestes versatur, ac dirigitur ad Vitam aeternam obtinendam. Politica vero versatur circa Corpora, Res Mundanas Temporales, & ad Societatem Civilem spectantes, & dirigitur ad Reipublicam Salutem. Unde porro aliter fieri non potest, quin, ratione Processus, Causae Seculares & Ecclesiasticae ab invicem maximè differant; veluti demonstrat Matth. Stephan. de Jurisdictione lib. 3. part. 1. cap. 1. num. 21. & 22. Theodor. Reinking. de Regin. Secular. & Ecclesiast. Per Causas sive Seculares, sive Ecclesiasticas, intelligimus hic id, quod in Iudicio proponitur, seu Negotium in Judicium deductum, seu ipsas Res in Judicium deductas, quae in se habent Controversias, Zanger. de Exception. part. 1. cap. 1. num. 3. & seqq. Competit autem hodie hoc Jus Judicandi de Causis externis Ecclesiasticis praeter Papam etiam nostris Principibus & Statibus Imperii, qui vigore Juris Superioritatis Territorialis Jura Episcopalia habent, Carpzov. Jurisprud. Consistorial. lib. 1. definit. 3. num. 8. Vindicavit sibi quidem Jura Episcopalia Pontifex, & rursus suis attribuit Episcopis; unde etiam Jurum Episcopali orta Appellatio: Verum illa Pontificis arrogata circa Sacra Majestas, quod Augustana Confessioni addictos attinet, per Transactionem Passavensem Anno 1552. initam, & insecuram Anno 1555. Pacificationem Religiosam, & Instrumento Pacis Cesareo-Suecico artic. 5. §. 1. & 16. confirmatam, est suspensa, Struv. Syntagm. Jur. Feudal. cap. 6. Aphorism. 17. in Exeges. Exercent autem Jurisdictionem Ecclesiasticam, quae nos hic in specie Legem Dioecesianam & Episcopalem audientiam (quamvis Carpzov. dict. loc. lib. 3. definit. 2. num. 11. & seqq. ea
2. cap. 1. num. 3. & seqq. Competit autem hodie hoc Jus Judicandi de Causis externis Ecclesiasticis praeter Papam etiam nostris Principibus & Statibus Imperii, qui vigore Juris Superioritatis Territorialis Jura Episcopalia habent, Carpzov. Jurisprud. Consistorial. lib. 1. definit. 3. num. 8. Vindicavit sibi quidem Jura Episcopalia Pontifex, & rursus suis attribuit Episcopis; unde etiam Jurum Episcopali orta Appellatio: Verum illa Pontificis arrogata circa Sacra Majestas, quod Augustana Confessioni addictos attinet, per Transactionem Passavensem Anno 1552. initam, & insecuram Anno 1555. Pacificationem Religiosam, & Instrumento Pacis Cesareo-Suecico artic. 5. §. 1. & 16. confirmatam, est suspensa, Struv. Syntagm. Jur. Feudal. cap. 6. Aphorism. 17. in Exeges. Exercent autem Jurisdictionem Ecclesiasticam, quae nos hic in specie Legem Dioecesianam & Episcopalem audientiam (quamvis Carpzov. dict. loc. lib. 3. definit. 2. num. 11. & seqq. ea
3. Feudal. cap. 6. Aphorism. 17. in Exeges. Exercent autem Jurisdictionem Ecclesiasticam, quae nos hic in specie Legem Dioecesianam & Episcopalem audientiam (quamvis Carpzov. dict. loc. lib. 3. definit. 2. num. 11. & seqq. ea

ea separata) comprehendimus, Principes Evangelici, non per se, sed per Consistoria Jure Superioritatis, & respicit ferè Personas, Causas Ecclesiasticas externas, & Visitationem, sive Jus visitandi Ecclesias, Struv. dict. loc. Aphorism. 17. Carpzov. lib. 1. Respons. 76. per tot. item Process. Jur. tit. 1. artic. 2. per tot. & tit. 3. artic. 4. Quippe relinquuntur solis Ministris Ecclesiae à Principibus ea, quae Prædicationem Verbi, Administrationem Sacramentorum, Potestatem Clavium, Examen eligendorum Ministrorum, eorumque Ordinationem, ipsumque Ministerium respiciunt. Iis enim tanquam Causis Ecclesiasticis internis, Principes & Magistratus Politici nequaquam se intromittere debent, Carpzov. dict. loc. definit. 2. item lib. 1. definit. 1. Sed subsistendum in eis, quae externæ sunt Potestatis Ecclesiasticae, cuius solius intuitu Principes & Magistratus dicuntur Episcopi; ut hinc verè Imperator Constantinus scriperit ad Episcopos: *Vos Episcopi in Ecclesia, ego extra Ecclesiam seu Templum Episcopus à Deo sum constitutus*, apud Euseb. de Vita Constantini cap. 24. Quare etiam cura circa illa, quoad externa accidentia, Principi omnino competit, & penes ipsum per Consistoria est inspicere, ne prætextu Muneris Concionatores affectibus indulgentes convitiis Auditores proscindant, Carpzov. dict. loc. definit. 98. ut &, ne prætextu Disciplina Ecclesiasticae, Denegatione Absolutionis, & Sacrae Coenæ, injuria cuiquam inferatur, Arniss. de Jure Majestatis lib. 2. cap. 6. num. 6. Struv. dict. loc. Aphorism. 15. & 17. Quædam vero sibi solis immediate reservant Principes, utpote Constitutionum Ecclesiasticarum Promulgationem, Synodorum Convocationem &c. Quædam rursus cum Consensu Ecclesiae totius administrant, utpote Electionem & Vocationem Ministrorum. Etsi enim hæc peragatur Jure Patronatus, neutiquam tamen Consensus Ecclesiae, quæ triplici in statu consistit, Ecclesiastico scilicet, Politico, & Populari, excludi debet, nempe Ordo Politicus nominat, vocat, præsentat; Ecclesiasticus examinat, ordinat, instituit; Popularis autem liberò suo suffragiō approbat: Can. Valentianus. 3. & Can. longè. 25. fin. distinct. 63. Reinking. dict. tractat. lib. 3. class. 1. cap. 6. num. 15. & seqq. Finckelthaus. de Jure Patronatus cap. 6. num. 78. Distinctionem Causarum Ecclesiasticarum in Aphorismo nostro possumus quod attinet, & quando Causæ mixtae ad Forum Ecclesiasticum pertineant, vide Theodor. Reinking. dict. tractat. lib. 3. class. 1. cap. 10. num. 16. & seqq. Quomodo alias etiam Causæ Ecclesiasticae describantur & distinguantur, addde Carpzov. dict. loc. definit. 2. num. 1. & 2. Struv. dict. loc. Aphorism. 17. 4.

Aphorismus 6.

Causæ Seculares quoque subdividuntur (1.) in Causas Civiles, & Criminales, & Mixtas. (2.) In Ordinarias, & Extraordinarias, seu Summarias. (3.) In Causas Proprietatum & Possessio-num. (4.) In Causas Feudales. (5.) In Causas Status. (6.) In Causas Fiscales.

- x. Quæ Causæ Civiles, & Criminales propriè dicantur, in Jure nostro, ut loquitur Zanger. *de Exception. part. 1. cap. 1. num. 35.* definitum non est. Dicuntur autem, rejectis aliorum definitionibus, Causæ Civiles, quando principaliter ad Commodum privatum & suum Interesse, sive talis causa descendat ex Delicto; sive ex Contractu, agitur. Criminales vero, quando principaliter ad Commodum publicum, seu ad publicam Vindictam, ut Exemplo edito deterreantur quandoque similia ausuri, agi-tur. Hinc est, quod si aliquis ex Delicto venit puniendus corporaliter ad publicam Vindictam, dicitur Causa Criminalis: quia ex tali Poena Corporali nullum Commodum sentit Privatus. Idem si aliquis pro De-licto veniret puniendus Poenâ Pecuniariâ: nam si talis Poena applicatur Fisco, dicitur Causa Criminalis: si verò applicatur Parti, dicitur Causa Civilis. Diximus Causam Civilem esse, quando quis persequi-tur suum Commodum privatum, sive quod suâ interest. Id intelligere oportet, sive agatur ad id quod nostrum est, aut nobis debetur, sive ad Poenam; dummodo illa Poena petatur nobis applicari: quæ est com-munis opinio, Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 9. thes. 61.* Carpzov. *Pract. Rer. Criminal. part. 3. quæst. 102. num. 27. 28. 29.* Jac. Blum. *Process. Camer. tit. 43. num. 2. & seqq.* Maranta in *Speculo Aureo part. 4. distinct. 1. num. 2.* Jul. Clar. *receptar. Sententiar. lib. 5. §. fin.* Idem *Pract. Criminal. quæst. 1. vers. ex quo-rum omnium.* Arnold. ab Haersolte *Adversar. de Actionibus in Prolegom. num. 6. & 7.* Causæ mixtæ variè considerantur. Nam (1.) Causæ mixtæ ap-pellari possunt, quibus Rem & Poenam persequimur, Dd. in §. quedam. 20. *Institut. de Action.* (2.) Nominantur Causæ mixtæ, in quibus quilibet Litigator, & Actor est, & Reus, t. *Judicium communi dividendo.* 10. ff. finium regundor. (3.) Dicitur Causa mixta, quando agitur ad Praestationes Rea-les & Personales, t. *item labeo.* 22. §. penult. ff. *famil. hercifund.* (4.) Causæ mixtæ dicuntur, quæ simul & Criminales sunt, & Civiles; hoc est, quæ tam civiliter quam criminaliter intentari possunt, qualis est causa Furti, t. ult. ff. de *Furtis.* (5.) Dicuntur Causæ mixtæ, quando Poena ad quam, agitur, tendit tam ad Vindictam publicam, quam privatam, cùm Poena par-

partim Fisco, partim Actori applicatur, Cap. tua fraternitati. 5. de Procu-ratur. (6.) Dicitur Causa mixta, quando nec mere civiliter, nec mere criminaliter agitur, sed Partem capit ab utroque, veluti, quando Causa Criminalis intentatur civiliter. Nec obstat huic distinctioni [1.] l. Gajus. 22. ff. de *SCto Silanian.* nec [2.] Novell. 124. cap. 2. & *Authent. novo fure.* Cod. de Poena *Judicis qui male judicavit.* nec [3.] cap. per tuas. 32. de *Simonia.* vide Gil-hauf. *Arbor. Judicior. Civil. cap. 2. num. 2.* ut & Zanger. *de Exception. part. 1. cap. 1. num. 41. 42. & 43.* qui optimè hos obstantes textus enodaverunt, hic enim simul usum, num. 44. hujus distinctionis indicavit, quod & Carpzov. *dict. loc. num. 19. usque ad num. 26. inclusivè* fecit. Alio modo autem Causarum Civilium & Criminalium distinctionem defendantes, sunt, suprà allegat. Maranta & Julius Clarius *dict. loc. junge Rosbach. Process. Cri-minal. cap. 1.* Quænam Poenæ & Causæ verò hodiernis moribus dicantur Criminales, & quænam in Foro Saxonico, consulentus Carpzov. *dict. loc. num. 31. & seqq. add.* Matth. Stephan. in *Constitut. Caroli V.* & quidem in *Procœm. per tor.* Theodor. Reinking. *de Regim. Secular. & Ecclesiast. lib. 2. class. 2. cap. 14. num. 51. & seqq.* Præterea Causæ Ordinariæ dicuntur, in quibus proceditur ordinariè secundum Formam & Modum Legibus præscrip-tum. Causæ Extraordinariæ seu Summariæ appellantur, in quibus de plano & sine strepitu, & absque figurâ seu telâ Judicii, & sine longo suf-flamine litis, solâ Facti veritate inspectâ, proceditur. Omnis autem Causa regulariter est ordinaria, & plenam requirit Causæ cognitionem, Gloss. in l. 3. §. ibidem. 13. ff. ad exhibend. Lanfranc. in *Princ. Jud. cap. 12. num. 16.* Summaria, cùm Princeps ita procedendum esse mandat, aut Jus scrip-tum ita ordinat, Jodoc. Damhoud. in *Pract. Rer. Civil. cap. 22. num. 1. & 2.* & in *cap. 24. num. 3. & seqq.* Lanfranc. in *dict. cap. 12. num. 16.* Maranta in *Spe-culo Aureo part. 4. distinct. 9. num. 3.* Quin enim Princeps, qui est ipsa Lex viva, possit causam committere, ut summarie procedatur, non ambi-guitur, Gloss. in *Clementin. sepè contingit. in princ. in verb. Mandamus. de verbor. significat.* Maranta *dict. distinct. 9. num. 3. & seqq.* Zanger. *de Exception. part. 1. cap. 1. num. 55. & seqq.* An autem idem Status Imperii in suis Provinciis facere, &, ut nullus Processus ordinarius instituatur, constituere queat, vide Brunneman. *Process. For. cap. 1. num. 22. & seqq.* qui Sententiam affir-mativam, tum Rationibus, tum Hypothesibus Doctorum, confirmat. Quænam autem sint Causæ Summariæ in Camera Imperiali, aut quænam aliæ præter illas pro Extraordinariis habeantur, alleg. Zanger. *dict. loc. num. 60.* ordine recenset. Maranta *part. 4. distinct. 9. enumerat tri-ginta causas.* Carpzov. *Process. Jur. tit. 1. artic. 1. num. 48. & seqq.* pro extra-ordinariis habet. (1.) Si agatur de Novi Operis Nunciatione ex Instru-mentis

mentis paratam Executionem habentibus. (2.) De Relatione Juramenti ad effectum agendi. (3.) De Debitis Tributorum Collectarum, aliarumque Functionum publicarum. (4.) Ad exhibendum. (5.) De Aliamentis. (6.) De Legatis ac Fideicommissis. (7.) De Rebus, quæ Pignoris Jure sunt captæ, vel in quas Executio fieri debet. (8.) De Excusione Debitoris principalis, in causa Fidejussionis. (9.) De Beneficio Ecclesiastico conferendo, de Matrimonio aliisque Causis Ecclesiasticis. (10.) De conseqüenda vacua Possessione. (11.) De obtinenda Possessione ex Edicto Divi Hadriani. (12.) De Possessorio Summarissimo. (13.) Ex Lege Diffamari. (14.) Quando Testes examinari petuntur, Lite non contestatâ. (15.) De Præstatione Operarum à Patrono vel Magistratu exactarum. (16.) De Obsequio Parentibus vel Magistratui præstanto. (17.) Ex Causa Debiti. (18.) Ad Sequestrationem. (19.) De Beneficiis ac Confirmationibus Principum. (20.) De Causa Naufragii. (21.) Si Pupillo Tutor, vel Minori Curator petatur, aut ut Prodigo Bonorum suorum interdicatur Administratione. (22.) De Curatore Bonis vel absenti dando. (23.) Si agatur ex Causa Spolii. (24.) De Confirmatione Possessionis. (25.) Contra Confessum & Convictum, quando petitur Executio. (26.) Quando agitur ex Officio Judicis, aut si illud imploreatur: (27.) Vel si agatur in Causa Executiva: (28.) Quando Emphyteuta ob Canonem haud solutum expellendus. (29.) Si ventiletur Causa Subhastationis: (30.) Aut Liquidationis Expensarum: (31.) Nec non Rerum Hæreditariarum: (32.) Inventarii. (33.) Nullitatis. (34.) Si controvertatur de probando Impedimento, ad secundam vel tertiam Dilatationem impetrandam. (35.) De Restitutione in integrum. (36.) De Causa pia Academiæ, vel Universitatis. (37.) De Causa Fisci. (38.) De Causis Miserabilium Personarum, aut Captivorum. (39.) De Salariis & Mercede Operariorum. (40.) De Salvo Conductu. (41.) De Explicatione Privilegiorum & Clauſularum obscurartum. (42.) De Inhibitib⁹ & Attentatis. (43.) De Arresto. (44.) De Repressaliis. (45.) Si agatur Inquisitione ex Delictis. (46.) De Causis Mercatorum: (47.) Nec non de Causis Voluntariae Jurisdictionis: (48.) Aliisque plurimis, quas passim longo agmine proferunt Doctores, partim etiam ex Ordinatione Camerali probant. Veluti Jacob. Schult. Causas Summarias centum & quinquaginta refert, in Observat. 3. carumque quadraginta cumulat, & Jure pariter atque Authoribus Dd. firmat Zanger. de Exception. diff. loc. add. Brunnemann. dict. loc. num. 16. item Gilhauf. Arbor. Judiciar. Civil. cap. 2. num. 4. Jacob. Blum. Process. Camer. tit. 1. num. 16. Imò Causæ Extraordinariæ sunt, quoties Causas Ordinarias summariter tractari Judiciæ æquum

æquum visum fuerit, contradicente quantumvis Reo, Carpzov. dict. loc. num. 62. Brunnemann. dict. loc. num. 16. ut & quotiescumque Litigantibus expressè non tacitè placuerit, Causas Ordinarias in Procesu Summario tractari, Carpzov. dict. loc. num. 56. Maranta dict. loc. num. 203. & seqq. Brunnemann. dict. loc. num. 17. & seqq. & vice versa Partes possunt pacisci, ut de causa, quæ per se summaria est ordinariæ, si Judge consenserit, cognoscatur, Brunnemann. dict. loc. num. 20. & 21. Causæ Proprietatum dicuntur, quando agitur de Proprietate seu Dominio alicujus Rei, puta, ubi agitur de Rei Vindicatione, l. cum fundum. 18. §. fin. & ibi Gloss. ff. de vi & vi armat. cap. Pastoralis. 5. de causa possession. & proprietat. vel aliâ in Rem Actione, ut, si agatur Publiciana, quia dicitur Interdictum Petitorium, l. eum qui. (alias) sed & si res. 7. §. sed & si quis. 3. ff. de Publician. in rem. Action. item, si agatur Petitione Hæreditatis, ut not. Gloss. in l. 2. in Gloss. penult. Cod. de Edit. Div. Hadrian. tollend. Eodem modo, si agatur ad Usumfructum, vel Usu, vel aliam Servitutem, quia agens ad ista Jura incorporalia censemur Dominus istorum Jurium, secundum Alexandrum in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. column. 2. & 3. circa fin. ff. de acquirend. possession. & patet ex his, quæ notat Speculat. in dict. tit. de causa possession. & proprietat. §. sequitur. & §. nunc dicendum. item quando agitur Actione Personalis ad Rem, secundum Bald. in confil. 449. volum. 3. & colligitur ex præallegatis. Causæ Possessionum appellantur, cum agitur de Possessione vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda, tot. tit. Institut. de Interdict. Hinc aliud Judicium dicitur Possessorium, aliud Petitorium, l. 3. Cod. de Interdict. l. si de vi. 37. ff. de Judic. Maranta in Speculo Aureo part. 4. distinct. 7. num. 1. & 2. Zanger. de Exception. part. 1. cap. 1. num. 62. & seqq. Carpzov. Process. Jur. tit. 1. artic. 5. num. 1. & seqq. Brunnemann. Process. For. cap. 1. num. 42. Quæritur h̄c: An Judicium Petitorium cum Possessorio cumulari possit? Resp. quod sic, modò quis onus probandi in se suscipere velit, dict. l. cum fundum. 18. §. ult. ff. de vi & vi armat. l. heredes ejus. 25. §. de pluribus. 3. ff. famil. herciscund. Gail. lib. 1. observat. 63. num. 2. Hartman. tit. 45. observat. 5. Menoch. remed. retinend. Possession. 3. num. 533. Quod tamen tantum de Interdicto adipiscendæ & recuperandæ Possessionis intelligendum est, nequaquam verò de Interdicto retinendæ Possessionis, quod Petitorio plane adversatur, Bartol. in l. 1. in princ. & §. Interdictum. 6. ff. uti possidetis. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 45. thes. 174. Brunneman. dict. loc. Causæ verò Feudales sunt, quando de ipso Feudo constituto, vel ab ejus natura dependentibus, uti Servitiis præstandis, aut culpâ Vasalli, aut etiam Domini &c. Lis agitur: & de his Causis Feudalibus Jus dicendi potestas, sive Jurisdictionis secundum singularem Juris Feudalis

dalis dispositionem tribuitur regulariter vel Domino, vel Curiæ Domini Paribus constanti. Aliquando verò commune Forum, seu Ordinarius Judex loci adeundus, aut etiam arbiter constituitur, Amed. de Ponte tractat. quis sit Judex competens in Causis Feudi. Borcholt. cap. 10. num. 33. Coler. de Process. Executiv. part. 2. cap. 3. num. 309. & 311. Struv. Syntagm. Jur. Feudal. 5. cap. 16. aphorism. 4. Carpzov. Process. Jur. tit. 3. artic. 4. num. 41. Causæ Status sunt, quando quis Actionibus in rem præjudicialibus ex Servitute in Libertatem peritur, vel ex Libertate in Servitutem, vel ex Ingenuitate in Libertitatem, vel contra. Quæ etiam Præjudicia appellantur, quoniam Judiciis liberalibus nulla esse possunt graviora, quare etiam Litibus futuris obstant, eisque Præjudicium faciunt, & priùs de Statu 6. quærendum; cùm quis Controversiam Status patitur. Ubinam autem quæri, agive ea caufa debeat, vide Peretz. ad Cod. tit. ubi Causa Status agi debeat. Denique Causæ Fiscales sunt hic, quotiescumque Procurator Fisci vel ad Commodum Imperii, Status, aut ejus, qui Jus Fisci habet, vel ad horum Patrimonium augendum in Judicio agit. Causas singulares enarrat Duaren. cap. 2. de Jure Fisci. Cujac. in l. i. ad tit. ff. de Jure Fisci. Colleg. Argentorat. ad tit. ff. de Jure Fisci num. 8. earum potissimæ sunt (1.) si Hæreditas indigno relicto, l. fin. ff. de his quæ ut indignis auferuntur. vel (2.) si Bona sint vacantia, tot. tit. ff. de boni: vacant. (3.) de Pretio Fisci debito ratione Emitionis cum eo celebratae, l. 4. Cod. ubi Causa Fiscalis vel Divina Domus Hominumque ejus agatur; (4.) de Poena Pecuniaria Fisco inferendâ. De Causis Fiscalibus, quæ in Judicio Camerali tractantur, vide Jac. Blum. Process. Camer. tit. 30. qui viginti quinque Causas Fiscales ibi recenset. Notandum, quod Jure Fisci acquirendi hodiè gaudent etiam Principes Imperii, & Civitates Imperiales, Cothmann. volum. 2. consil. 55. num. 32. Mev. ad Jus Lubencif. lib. 2. tit. 2. artic. 14. num. 55. Ernest. Gockel. de Europeis Regibus cap. 7. num. 21. Nec non ex Privilegio aut immemoriali Consuetudine, idem Jus competit Civitatibus Provincialibus, seu Municipalibus, Mev. allegat. loc. num. 58. & seqq. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 50. thes. 33. Quænam autem sit differentia inter Fiscum & Årarium, vide allegat. Struviūm dict. Exercitat. 50. thes. 32. Quænam autem inter Cameram Cæfaream, seu Fiscum Cæsaris seu Imperatoris, & inter Cameram Imperii seu Imperialem, vide Blum. dict. tit. 30. num. 5.

(o)

SECTIO

SECTIO SEXTA, De Forma Relationis Judicialis.

Aphorismus I.

Forma Relationis Judicialis consistit in accurata, à capite usque ad calcem completorum, seu integrorum Actorum ad referendum traditorum, Perlectione, & brevi ac concinnâ perlectorum Actorum Narratione in Judicio, cum Voto Re-aut Correferentis, ad concipiendam secundum majorem numerum Votorum Sententiam.

Exegesis.

A Ntequam ad Perlectionem Actorum perveniat, illa compleri & ad referendum tradi necesse est. Nam Acta manca & neglecta rejiciuntur, Mynsing. centur. 2. observat. 16. & mutila Acta postea etiam mutila dant Consilia & Decreta. Ratio est, quod in Processu sint certi Ordines, qui tanquam in Catena Annuli cohærent, quorum si unus evulsus fuerit, & cætera deficient, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 120. & 121. Eaque in Judicio Aulico Hanoverano à substitutis Secretarii debent compleri, sed à Secretario ipso eidem Assessorum ad referendum tradenda, Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof-Ger. Ordin. tit. 6. jung. Exeges. Aphorism. 2. in fin. Sect. IV. In Camera Imperiali Completio fit à Notariis & Lectoribus, Blum. Process. Camer. tit. 14. num. 11. & tit. 15. num. 13. Distributio autem Actorum completorum inter Assessores à Judge Cameræ. Nam Assessores nulla Acta (ut suprà Sectio IV. in Exeges. Aphorism. 3. indicavi) ad referendum ipsi sumere, poscere, aut sibi distribui petere debent, Blum. dict. loc. tit. 5. 7. 11. & 72. Idem obtinet in Judicio Aulico Cæsaris, Neue Reichs-Hof-Raths-Ordin. 1654. tit. 4. princ. Die Benennung und Anordnung der Referenten/ soll/ wie an unserm Kaiserlichen Cammer-Gericht gebräuchlich ist / beschehen / und ohne solche Assignation und aufdrückliche Anordnung soll keiner unserer Reichs-Hof-Räthe ihme einige Supplication, geschweige eine ganze Sache vor sich selbst zu sich nehmen sc. Quomodo & quotupliciter Perlectio, ut & Narratio fieri possit, vide sequentes Aphorismos.

Aphorismus 2.

Perlectionem & Narrationem in Judicio faciendam quod attinet, illa aliter perficitur in PRIMA, aliter in SECUNDA INSTAN-

STANTIA. In perlegendis & referendis Actis Prima Instantia duplex Modus invenitur. Unus est, quando ab initio Relationis facienda Mandata Procuratoria diligenter inspiciuntur, an Procuratores, Syndici, Actores, Litigatoresque Personam legitimam standi in Judicio habuerint, fuerintque eà, quā decet, ratione ad litem peragendam ac defendendam instruti & qualificati. Deinde, quando ea, quae necessaria sunt ad Factum, ut Articuli, Exceptiones, Responsiones, Probationes, ac Terminis Substantiales, & que alias ad Causæ Merita faciunt, bene observantur; decisa verò anteū per Interlocutorias in referendo omittuntur, nec tota Documenta, Privilegia, aliaque Instrumenta, & Producta, sed summarie tantum, annotantur, neque Acta integra, aut major eorum pars, nec Disputationes Litigatorum minus necessarie, sed ea solum, quae necessitas, & res ipsa postulat, in Judicio leguntur & referuntur.

1. Mirum non est, Perfectionem & Narrationem Actorum alio modo in Prima, alio in Secunda Instantia confici debere. Nam diversa ratio procedendi in Causis Simplicis Querelæ, & in Causis Appellationum, Supplicationum &c. etiam alium Modum perlegendi & consequenter referendi postulat. Modum in Aphorismo nostro positum, & ex Ordinatione Camerae part. 1. tit. 10. in addit. §. Unfänglich ic. pag. mihi 47. adductum, habet Christoph. Schwanmann. Processus Camer. lib. 1. cap. 76. num. 2. qui autem nunquam, aut raro, inspectis Relationibus Cameralibus, ab Adriano Gylmanno Symphorem. Supplicat. ut & Decision. diversar. Causar. in Camera Imperiali judicatur. à Johanne Meichsnero conscriptis, fuit observatus.

Aphorismus 3.

Alter Modus perlegendi Acta & conficiendi Narrationem seu Relationem Actorum in se duo Capita habet: UNUM circa Processum: ALTERUM circa Merita Causæ versatur. Circa Processum considerandum, an ille debito Juris ordine sit institutus, an verò in illo Nullitas insanabilis sit commissa.

Precedenti Sectione V. pluribus demonstravimus, Objectum, five Materiam Relationis, esse Acta integra & completa, eaque, tanquam partes, continere cum Processum Juris, tum Causas five Lites in Judicio productas. Idcirco omnium primò in Perfectione & Narratione Acto-

Actorum perspiciendum, an Processus Juris; seu in Judicio Gestæ de Jure valeant, add. Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof- Ger. Ordin. tit. 64. §. In Sachen erster Instanz ic. quippe, nisi Gestæ sint valida, satis apparet, Acta nullius momenti esse, nec Sententiam ex illis concipiendam quicquam valere possit, Jac. Blum. Process. Camer. tit. 75. num. 16.

Aphorismus 4.

Nullitas verò contingit, vel in Judice, vel in Litigantibus, vel in Substantialibus Processus. In JUDICE (1.) contingit; si ille prohibetur esse Judex, aut non sit fundatus in Jurisdictione, quod causam præsentem, & de Jure in eâ causâ Judex esse non possit.

Judex dicitur, qui Juris dicendi potestatem habet, quā deficiente ille pro privato habetur, Sententiaque ab eo lata est nulla. Quapropter in perlegendis & referendis Actis animadverti debet, (1.) an ille de Jure non prohibetur esse Judex, de quo vid. Umm. Disputat. ad Process. Judiciar. 1. thes. 8. & seqq. Zanger. de Exception. part. 2. cap. 4. si non prohibetur, anne (2.) etiam in præsenti causâ jam decidendâ possit esse Judex, vid. Zanger. dict. loc. part. 2. cap. 1. Christoph. Besold. Dissertat. de Modo Referendi thes. 8. & seqq. Nam si causa esset Spiritualis, eam Judex Secularis decidere prohibetur. Item, in Causis Appellationum, si has deseratas, vel non devolutas esse ex Actis appareat; Judex superior easdem deseratas, seu non devolutas, pronunciare tenetur, nec propter defecuum Jurisdictionis Causam principalem decidere licet, Blum. Processus Camer. tit. 75. num. 19. & 20. In quibus Causis Camerae Jurisdictione sit fundata, vid. eundem.

Aphorismus 5.

Circa Litigantes (2.) contingit, si illi legitimam Personam standi in Judicio non habeant, id est, agere & se defendere in Judicio prohibeantur; item, si Procurator eorum non sit legitimus, sed falsus, aut non habeat sufficiens Mandatum.

Partes in Judicio præsentes utræque, aut etiam una pars præsens Personam suam in omni Judicio quantumcunque summarie legitimare debet, Vant. de Nullitat. ex defect. Inabilitat. seu Mandati comparent. II. num. 1. & 46. Maranta in Speculo Aureo part. 6. tit. de Exception. num. 4. Jac. Menoch. remed. recuperand. Possession. 15. num. 273. Lancellot. de Attentat. part. 3. cap. 24. num. 2. in fin. & cap. 25. num. 56. & seqq. alias Judicium retro redditur nullum: Ac si Legitimatio à Partibus omittatur, Judex ex officio hunc defecuta

fectum supplere debet, Schrader. in l. 24. num. 7. Cod. de Procurator. Semper enim, quando aliquis defectus in Judicio apparet, quod ipsum Judicium & Sententiam nullam reddit, Judex etiam non imploratus illum defectum ex officio corrigeret debet. Judicis enim interest, ne Sententia nulla reddatur, Christoph. Besold. Disputat. de Process. Judiciar. cap. 6. thes. 1. in lit. (b) Unde Legitimatione, quae est, & dicitur Actus, quando una vel altera pars in Judicio proponit & probat, se habere legitimam Personam standi in Judicio, vel se sufficiens habere Mandatum ab alio, aut de Jure agere pro alio sine Mandato posse, Besold. dict. loc. in lit. (a) à Referente omnino (1.) attendi debet, an partes (nempe Actor & Reus) quae praesentes sunt in Judicio, habeant legitimam Personam standi in eo, de quibus vid. Umm. Disputat. 1. thes. 4. & 5. Zanger. de Exception. 2. part. 2. cap. 8. Si non adhuc Partes an (2.) potuerint Procuratorem constitutere, & an ipsi Procuratores constitui non prohibeantur, utrosque recenset Umm. Disputat. 3. thes. 3. & 4. item Zanger. dict. loc. aut si alieno nomine agant, an hoc facere possint sine Mandato, aut si habent Mandatum, an illud sit legitimum, aut ritè formatum, de his vide allegat. Besold. dict. loc. thes. 2. usque ad 6. & thes. 10. item Disserat. de Modo Referendi thes. 2. & seqq. Rosbach. Prax. Civil. tit. 12. usque ad 21. inclusivè. Blum. Process. Cam. tit. 67. Brunnemann. Process. For. cap. 1. num. 72. & seqq. Nam alias illi dicuntur falsi Procuratores, Gail. lib. 1. observat. 47. num. 1. Exceptio autem falsi Procuratoris quandocunque etiam post Sententiam opponi potest, quia Judicium ex tribus Personis, Actore, Reo, & Judice constitit; deficiente ergo unâ Personâ, Judicium retrò nullum est, & per consequens, neque Litis contestatio aut Conclusio facta valet. Proinde si hujusmodi exceptio post Sententiam opponatur, censetur initio & ante litem contestatam opposita esse, Gail. dict. observat. 47. num. 7. & seqq. Blum. dict. loc. tit. 75. num. 17. & 18.

Aphorismus 6.

Porrò (3.) circa Substantia Processus ratione Nullitatis animadvertisendum: An [1.] Reus legitimè sit citatus?

1. Ad Substantiam Processus requiritur Citatio ne igitur Reus aut pars adversa in dictâ causâ condemnetur, eique inaudito suum Jus auferatur, omnino citari debet, Umm. Disputat. 5. thes. 24. maximè, cum Citatio sit Species Defensionis, quae Juris naturalis est, & ideo nemini, ne quidem ab Imperatore, auferenda, Mynsing. centur. 6. observat. 6. num. 2. Quapropter, an ad quemcunque Actum Judiciarium citati sint, quorum interest, & quibus præjudicare possit, Mynsing. dict. observat. 6. num. 1. in

in Relatione Actorum observandum. Nam omnis Actus Judiciarius, contra non citatum celebratus, regulariter ipso Jure nullus, Gail. lib. 1. observat. 48. num. 1. Umm. Disputat. 5. thes. 8. Adeò, ut Nullitas ne quidem per Imperatorem suppleri possit, Umm. dict. Disputat. 5. num. 40. Causæ, in quibus Citatione opus est, sunt omnes Actus, qui causæ cognitionem requirunt, etiamsi sint notorii, aut quoque summarii, Umm. Disputat. alleg. thes. 9. Modò hi Actus sint tales, quos Reus praesens impedire, ipsisque contradicere possit, Umm. dict. Disputat. thes. 8. Nam si Reo nulla competit Defensio, Citatio Jure intermittitur, Umm. dict. Disputat. thes. 43. & 47. Casus 23, qui Citatione non indigent, recenset Mynsing. centur. 2. observat. 91. add. Brunnemann. Process. For. cap. 3. num. 24. Annotandum autem hic, quod Referendarius de Citatione solitus esse non debat, si ex Actis appareat, partem adversam comparuisse; quia per Comparisonem Citatio, licet minus solenniter facta vel executa, roboratur, ita ut de ejusdem invaliditate excipi amplius non possit, Gail. lib. 1. observat. 58. Mynsing. centur. 2. observat. 18. & centur. 3. observat. 90. At si in contumacem vel absentem Sententia sit proferenda; tunc & de hac sollicitè est inquirendum, Christoph. Besold. Disserat. de Modo Referendi thes. 13. Quotuplex autem sit Citatio, & quomodo formanda, & an omnibus Confortibus Litis sit insinuanda, & quomodo Relatio de Executione Citationis facienda, & quatenus Relationi credendum, peti possunt, ex Blum. Process. Cam. tit. 65. Brunnemann. Process. For. cap. 3. junge Besold. dict. loc. item ejusdem Disputat. de Process. Judiciar. cap. 6. per tot.

Aphorismus 7.

An [2.] Libellus ritè conceptus in Judicio sit productus, ac de super Litis contestata.

Post Citationem considerandus à Referente Libellus, qui autem hodie est summarius, non articulatus, per Noviss. Recess. Imper. 1654. §. Diensem necesse nun 2c. 34. & seqq. §§. 37. 64. Brunneman. Process. For. cap. 5. num. 2. Nam regulariter, nisi Processus vitio laborare debeat, in Judicio necessarius reputatur, Novell. 53. cap. 3. §. 1. ibi: modis omnibus offerre Libellum. Ubi tamen Consuetudo contraria habetur, ut oretenus querela proponi queat, ea valet, Berlich. part. 1. conclus. 13. Hartm. Hartmanni tit. 8. observat. 1. num. 3. Umm. Disputat. 6. thes. 10. Regulariter dixi: nam in quibusdam limitatur, & quidem Libellus non requiritur (1.) in omnibus Causis Mandatorum tam Cum quam Sine Clausula. (2.) In Causis Restitutionis in integrum adversus lapsum Fatalium, Gail. lib. 1. observat. 143. num. penult. Si tamen adversus latam Sententiam hæc Restitutio petatur, Libellus exhiben-

hibendus est, *ibid. num. ult.* (3.) In Causâ Legis Diffamari, Gail. lib. 1. ob-servat. 12. num. 2. (4.) In causis momentanæ Possessionis, Gail. lib. 1. ob-servat. 6. princ. (5.) In Citatione ad videndum se exonerari, Gail. lib. 1. ob-servat. 46. num. 5. Adhuc alias 14. Causas, in quibus Libello non est opus, recenset Umm. *disputat.* 6. num. 14. Imò quotiescumque Causæ sunt sum-mariae; Brunnemann. *Process. For. cap. 5. num. 3.* Rosbach. *Prax. Civil. tit. 33. num. 16.* aut aliquid non Jure Actionis, sed officio Judicis expeditur, Li-bellus non est necessarius, Umm. *Disputat.* 23. num. 19. & Gail. lib. 1. obser-vat. 146. num. 4. & 5. Ubi autem Gailius putat Officium esse Mercenarium; ast cùm Officium Judicis Mercenarium dicatur, quod Actioni inservit, itaque illud nobile esse rectius statuit Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 58. in fin.* Quibus casibus verò Judex nobile officium exercet, vid. Mindan. *dict. loc. num. 10. 11. & 12.* Si igitur hisce in causis intentio Actoris Judici proponatur, vocatur Summaria Petatio, ac Libello opponitur, Gail. lib. 1. observat. 49. num. 5. & observat. 146. num. 4. & 5. Hec petatio ut plu-riūm Citationi inseritur, atque Narrata Citationis in primo Termino, non loco Libelli, sed loco Summarie Petitionis repetuntur, Gail. *dict. observat. 146. num. 5.* Neque lis super eodem contestatur, Gail. lib. 1. *observat.* 12. num. 2. Quia regulariter, ubi Libellus non requiritur, ibi nec Litis conte-natione opus est, Gail. *dict. observat. 146. num. 6.* Blum. *Process. Camer. tit. 68. num. 27. 28. & 29.* Porrò, quoniam exceptio inepti Libelli quandocunque opponi potest, Wurmser. *tit. 5. observat. 9.* & Libellum, si aliquā formæ ineptitudine labore, ex officio Judex rejicere tehetur, Jac. Schulthes *Observat. Præt. 6.* Besold. *Disputat. de Process. Judiciar. cap. 8. thes. 1.* omnino, an ritè Libellus conceptus sit, forma Libelli spectanda. Consistit autem, ut videre est Carpzov. *Process. For. tit. 6. artic. 1. & 2.* Rosbach. *in Prax. Civil. tit. 33. 34. 35. & 36.* & Brunneman. *Process. For. cap. 5.* ut & in primis Blum. *Proces-s. Camer. allegat. tit. 64. & 68.* in eo, ut I. ponatur ejus Exordium: Exordium Libelli contineat honorificam Compellationem Judicis, Nomen Cog-nomenque Actoris & Rei. II. Narretur Factum. FACTUM super quo Actio instituta in Libello commode narrari debet. Quod fit (1.) si Factum non solum, sed etiam ejus Circumstantiae ac Qualitates enum-erentur, cùm minima Circumstantia, vel diversa Qualitas, totam Facti Speciem variet, ac diversum Factum progeneret, atque ita non hoc, sed diversum Factum esse censemur. Quocirca his omissis nec Jus rectè applicari, neque Petatio congrua subiecti potest: Ideo Actor optimè facit, si præcipuas Facti Circumstantias, quæ ex Personis, Rebus, Loco, Tempore &c. desumenda sunt, recenseat. Nam si ex Contractu agitur, enaret, qualis sit qui contraxit, an furiosus, & rem, quæ deberi dicitur, diligen-

diligerenter exprimat, quoad Materiam, Quantitatem, & Colorem. Ubi vero in rem agitur, res proprio nomine, si quod habet, nuncupet, aut certè describat, ut constare possit, de qua Actor sentiat. Et hæc in Actionibus specialibus omnino sunt observanda; nam universales re-rum petitarum specificam descriptionem non requirunt, Umm. *disputat.* 6. num. 53. Deinde in Actione reali exprimenda venit ejus causa proxima, videlicet Dominium, vel quasi; in personali causam remotam, ex quo nimis contractu Reus debeat, exprimere sufficit, Umm. *dict. num. 53.* Gail. lib. 1. *observat. 61. num. 4. usque 9.* (2.) Si Narratio Facti sit brevis, *Recess. Imper. 1654. §. Diesem nächst ic. 34. verb. Furz und nervosè.* necessaria tamen continens, nulla superflua habens, Umm. *dict. num. 53.* Jura enim prolixitatem respunnt, l. 39. §. 1. *Cod. de Appellation.* (3.) Si Narratio Facti sit dilucida, *dict. §. 34. verb. Jedoch deutlich / distincte und klar;* quò Reus exinde cognoscere, utrum cedere an contendere de-beat, & Judex videre possit, quâ de re sit futura controversia. Dilu-cida autem erit, si ordo rerum & rei gestæ conservetur, si verbis per-spicuis negotium proponatur, si nulla denique impertinentia admisce-antur, Umm. *dict. num. 53.* (4.) Si Narratio Facti sit Veritati consentanea & probabilis, Umm. *dict. num. 53.* utrum verò Actor proprii com-modi ergò ad majorem maturationem causæ Narrata Libelli statim in imprestatione Processuum, vel etiam in primo Termino, vel demum post datas Responsiones Rei per Documenta aliove modo probare ve-lit, id ipsius libere voluntati relictum est, *Recess. Imper. 1654. §. Benebest bleibt ic. 35.* Idque ideò, ne ei commodum, quod aliàs ex Rei Respon-sionibus habere, ac sua Probatoria (ne superfluis Probationibus onera-reetur) dirigere posset, ei adimeretur, nec Reo ex hisce Probatoriis suas Exceptiones ac Responsiones dolosè ac captiōnē formandi occasio prä-beretur III. Jus ad Factum narratum applicetur. Ad FACTUM prä-missò modo commodè narratum porrò Jus applicandum venit. Quam applicationem medium concludendi seu causam petendi Doctores no-minant. Nonnulli in Libello priori loco medium concludendi collo-candum volunt, alii contrà sentiunt, de quibus vid. Umm. *disputat.* 6. num. 56. Utrumque in Camera observatur, nec multum interest, sive priori, sive posteriori loco medium concludendi collocetur; modo quis sciat, causam petendi sive medium concludendi necessario Libello inseri oportere, Gail. lib. 1. *observat. 61. num. 2.* Quò Judex inde animad-vertere possit, an Actori Actio competit, & Reus, utrum cedere an contendere velit, certior reddatur. Nomen Actionis verò in Libello exprimere non est necesse; quoniam ex causa petendi, seu medio con-cludentur.

cludendi, qualitas intentata Actionis colligitur & demonstratur, Gail. *ibid. num. 8.* in Actione autem reali, *ut supra indicatum*, causa proxima ex-
primenda est; in personali remotam exprimere sufficit. IV. Annexatur apta Conclusio seu Petatio: Conclusio præmissis est annexanda, quæ Petitionem seu desiderium Actoris complectitur. Hac petitione omnino opus est; quoniam Judex suum Officium nisi postulantibus imper-
tiri debet, Umm. *dict. disputat. 6. num. 54.* In quibus casibus autem Con-
clusio omitti possit, & quomodo sit comparata, & quid de ineptitudine, mutatione, cumulatione & emendatione Libelli &c. & Clausulis
Protestationibus, Libello inscri solitis, annotandum, de his vide *supra*
allegatos Authores & Aphorismos seqq. V. Subscriptio subnectatur: Ad formam Libelli quoque referri potest istius Subscriptio. Nam in Camera Imperiali Libellus tam ab Advocato Causæ, quam à Procuratore sub-
scribendus, Blum. *Process. Camer. tit. 64. num. 56. & 60.* item *tit. 69. num. 58.*
Cæterum, qualiter Libellus super qualibet Actione formandus, Formu-
las de his Libellis in plerisque Actionibus speciatim exponunt, Petrus de Ferrariis, Odofredus in *Summa de Libellis formandis*. Schneidewin. *tit. Institution. de Action.* Rosbach. *Prax. Civit. tit. 23.* Calvol. *§. 9. conclus. 6. & seqq.* Oldendorp. *de formandis Libellis. & in Progymnasm. Forens.* Haersolt. *in 3. Adversar. de Action.* Terminæus, Teuberus, Volckmann. Dicto igitur modo rite Libello concepto, & in Judicio producto, deinceps in Relatione videndum, an etiam Lis super eo sit contestata; Dicitur enim Litis contestatio lapis angularis, Judiciique initium atque fundamen-
tum; quippe quæ est de substantia ipsius Judicij, *l. unic. Cod. de lit. contestat.* adeoque in omnibus Causis & Controversiis regulariter necessaria, in tantum, ut illius omissione vitiet Processum, Bartol. *in l. prolatam. 4. num. 5. Cod. de Sentent. & Interlocut. omn. Judicum.* Tum etiam ex Litis contestatione ingentes oriuntur effectus. Nam Actio perpetuatur, *l. sicut. 3. Cod. de Pra- scriptio. 30. vel 40. Annorum.* Cursus Præscriptionis interrupitur, *dict. l. sicut. 3.* Posseffor in mala fide constituitur, *l. sed & si lege. 25. §. si ante li-*
tem. 7. ff. de hereditat. petit. Res fit litigiosa, *Authent. litigiosa. Cod. de litigiosis.* præcluditur via opponendi Exceptiones Dilatorias, *l. exceptionem dilato-*
riam. 19. Cod. de Probation. alios effectus congererunt, Speculat. *in tit. de*
Litis contestat. §. effectus. per tot. Camill. Borell. *in Summa Decision. universal. tit.*
50. num. 98. & seqq. Carpzov. *Process. Jur. tit. 10. de Litis contestat.* Porro, Lis non contestatur per Actionem Reo editam eique cognitam, id est, per Libellum Reo insinuatum, sed per Actionem in Judicio proposita-
tam, ejusque Diffensionem & Contradictionem à Reo objectam, *l. unic.*
Cod. de Lit. contestat. l. 14. §. 1. Cod. de Judic. l. 2. princ. Cod. de Jurejurand. propter
Calumna.

Calumn. Nam quamvis per Libellum Reo insinuatum ei lis mota dicatur; tamen nondum est contestata, per text. notab. in *l. 25. §. 7. ff. de hereditat. petit.* quod posterius demum fit per Contradictionem Rei, Blum. *Process. Camer. tit. 71. num. 2.* cum nimis Reus vel simpliciter Libellum diffitetur, vel Narrata, prout narrantur, negat, Obrecht. *tractat. de Li-*
tis contestat. cap. 5. & seqq. Gail. *lib. 1. observat. 73. à princ. Schultes Observat.* *Pract. 42.* Lis quoque pro contestata habetur, quoties Reus in Ter-
mino ad id statuto, Litem non contestatur, Schultes *Observat. Pract. 47.* Non verò ea facta videtur, si Reus quidem intentionem Actoris neget, protestetur tamen, se hoc non facere animo item contestandi, Mynsing. *centur. 4. observat. 49. & consil. 8. num. 4.* Besold. *dict. Dissertat. de Modo Referendi thes. 15.* add. Blum. *dict. loc. num. 11.* Contrarium statuit Brun-
nemann. *Process. For. cap. 14. num. 18.* ex hac ratione: cum hodie Lex sive Recessus Imperii de Anno 1654. §. Es späßen auch hinsichtlich 37. jubeat cum Dilatoriis eventualiter Litem contestari. Judex autem acceptat Litem pro contestata per Interlocutoriam, durch einen Bescheid / Besold. *dict. loc.* In quibus Causis autem Lis non contestanda, vide Carpzov. *Process. Jur. tit. 18. artic. 2.* in primis etiam Brunnemann. *dict. Process. For. num. 3.* & qui-
dem semper in omnibus Causis, in quibus Libellus non requiritur, Blum. *dict. loc. num. 18.* aut si Consuetudine sit introductum Litis conte-
stationem fieri non debere, Mynsing. *centur. 4. observat. 62.* Besold. *dict. loc.*

Aphorismus 8.

An [3.] Juramentum Calumniæ exactum sit præstitum, an le-
gitime in causa sit conclusum, & an exhibitorum Procuratoriorum
aliorumque Documentorum, Recognitio facta; si non, prius haec om-
nia per Sententiam injungenda, antequam ad aliam Sententiam pro-
gressus fiat.

Si in perfectione Actorum comperiatur, quod Juramentum Ca-
lumniæ, der Eyd für Gefährde / sit exactum, nec tamen præstitum, li-
cet tunc in causa fuerit conclusum, ex officio Referens rescindere Con-
clusionem, partique, ut id præstet, per Interlocutoriam injungere debet,
Gail. *lib. 1. observat. 84.* Nam Juramentum Calumniæ in totum vitiat Pro-
cessum, si ab exordio Litis exactum non præstetur, Vantius de Nullitat.
ex defect. Process. 13. num. 29. Gail. *lib. 1. observat. 84.* & hoc etiam procedit
de Jure Canonico, quod in Praxi observatur, Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 16.* Præstandumque in genere in omni causa, de qua in
Judicio agitur, Umm. *disputat. 12. thes. 11.* Exceptis quibusdam causis,

quas vide *ibid. num. 46.* Nec excipiuntur Causæ Summariae, Besold. *dict. thes. 16.* tum etiam tam in Prima, quam in Secunda Instantia est præstandum, licet jam in Prima sit præstitum, Umm. *disputat. 12. num. 4.* Blum. *Process. Camer. tit. 72. num. 21.* Sciendum tamen, quod in Camera Imperiali Primæ Instantiæ Processus non annulletur, sed in causa principali pronuncietur, quamvis Juramentum Calumniæ, etiam rite exactum omissum esset, Gail. *dict. observat. 84. num. 3.* Blum. *dict. tit. 72. num. 5.* Exactione autem Juramenti Calumniæ orenthus in Camera Imperiali fieri debet; nec sufficit, si tantummodo in Scriptis exigatur, Besold. *dict. thes. 16.* Blum. *dict. tit. 72. num. 4.* Qui autem hoc Juramentum alteri in Judicio defert, prior de Calumnia jurare debet, diciturque Juramentum Malitiæ, seu speciale Calumniæ Juramentum. Illudque vel ad Partis Petitionem, vel ex officio injungitur, quoties de malitia quapam propositione præsumptio militat: aut ex Conjecturis quibusdam de malitia agentis, vel fugientis, Suspicio capi potest. Unde ejusmodi Juramenti Delatio in quaunque parte litis fieri potest; eique locus est, etiamsi præstitum fuerit generale Calumniæ Juramentum; & qui hoc Juramentum Malitiæ præstare recusat, illius tantum Articuli respectu, super quo de Malitiâ jurare renuit, pro confessu habetur. Qui autem Calumniæ Juramentum generale recusat, tota causâ cadit, vide de his Besold. *dict. Dissertat. thes. 17.* addatur Brunnemann. *Process. For. cap. 15.* Blum. *dict. tit. 72. num. 12.* Struy. *Syntagma. Jur. Civil. Exercitat. 16. thes. 73.* & seqq.

2. **Præterea considerandum, an legitimè in causâ sit conclusum?** Nam lite, seu re controversâ, tam in Facto quam Jure à Partibus satis discussâ, ventilatâ & instructâ, illa tandem Judicis cognitioni ac decisioni submittenda. Quod adeò verum est, ut Judex interdum ex officio Litigantibus morosis & concludere Tergiversantibus, Terminum certum præfigat, vel si sufficientes Dilationes datae sunt, causam pro conclusâ in Contumaciam acceptet, die Sach wird Amts halber in contumaciam vor beschlossen angenommen / *Authent. Jubemus. Cod. de Judic.* Mynsing. *centur. 3. observat. 7. in fin.* Vultej. *Jurisprud. Roman. lib. 2. cap. 31. num. 47.* nisi jurato affirmetur, novi aliquid, cuius deductio sit necessaria, subortum esse, Ordinat. *Camer. 1555. part. 3. tit. 23.* Von Mündlichen Beschlüssen. S. Wo aber ic. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof. Ger. Ordn. *tit. 60.* S. Doch so einem ic. Est autem Conclusio, Causæ brevis Retroactorum Repetitio, & Controversæ ad Decisionem Submissio, Schlus. - Gaz / cap. Pastorali. 5. X. de caus. possession. & proprietat. Quanquam vero Conclusio, in Causis maximè Profanis, Civilibus & Ordinariis, secundum Interpret. non sit de Substantiâ Processus, ita ut ob ejus omissionem Sententia Nullitatis vi-

tium contrahat, sed tantum de Justitia Ordinis, Maranta in *Speculo Aureo* part. 4. *dissimil. 9. num. 23.* & part. 6. *abt. 15. num. 9.* Vant. de Nullitat. Sentent. ex defect. *Process. num. 45.* tamen in Camerâ nulla Sententia publicatur, ne Interlocutoria quidem, nisi in causâ legitimè conclusum sit, Ordinat. Cam. part. 3. *tit. 21. 22. 23.* Gail. *lib. 1. observat. 107. num. 2.* add. Camill. Borell. *tom. 2. tit. 26. num. 10.* & seqq. Mynsing. *dict. centur. 3. observat. 17. num. 5.* Dividitur Conclusio præcipue in expressam & tacitam: illa vicissim in puram & conditionalem, seu eventualem. Expressa est, quæ verbis expressis rem Judicis cognitioni submittit, his aut similibus verbis: Will hiermit im Nahmen Gottes zu Urtheil beschlossen und submittiret haben; Hiermit die Sache zu Rechtlicher Entscheidung sezend. Stellet es ic. Umm. *Disputat. 19. thes. 1. num. 2.* vel: Will hiermit / mit Wiederholung aller Acten und Actitaten, zu einem gedeihlichen Urtheil beschlossen haben / cum imploratione Nobilissimi Officii Judicis, und stellet es zu Rechtlicher Erkännthuſ. Monach. *part. 13. cap. 2. num. 5.* Tacita est, ubi ipsa causa non expressis verbis Judicis Cognitioni submittitur, sed ex Circumstantiis apparet, nihil nisi Judicis Sententiam restare, Umm. *dict. thes. 1. num. 13.* Pura est, quæ simpliciter & absolutè causam concludit: Conditionalis, quæ non simpliciter & absolutè, sed sub Conditione, Protestatione & Reservatione fit, hoc modo: Will hiermit die Sache Rechtlicher Erkännthuſ submittiret haben / im Fall nichts weiteres vom Gegentheil vorgekommen/ oder sonstigen nihil Facti de novo angeben würde; Item cum oblatione si quid Facti, oder im Fall verbleibender Neuerung schließend. Umm. *dict. Disputat. 19. thes. 1. num. 4.* In genere denique notandum in Camera Imperiali Conclusionem fieri debere verbis quam brevissimis, hoc modo: In Sachen N. contra N. sage ich wider des Gegentheils Handlung gemeinsame Einrede / und wiederhole meine vorige Handlung/ stelle es zu Rechtlicher Erkännthuſ. Ordinat. Cam. part. 3. *tit. 23.* Henr. Hahn. *Dissertat. de Proces. Judiciar. conclus. 49.* Quare Referens in primis hic pendere debet, factane sit Conclusio pure, vel cum oblatione, si quid Facti. Hoc etenim casu posteriore, Sententia Definitivæ talis Clausula est addenda: Istforderst der gethanen Eventual-Beschluß pro purâ angenommen / und darauf ferner / nach allem Vorbringen/ zu Recht erkannt ic. Vicissim, sive à Partibus pure, sive cum modo dictâ Protestatione fuerit conclusum, nihilominus Referens considerare debet, num causa indigat altiori Declaratione, aut Informatione, Gail. *lib. 1. observat. 107. num. 9.* Hoc namque in casu Sententia haud est præcipitanda, sed Judex Conclusionem à Partibus factam rescindere, & quid ulterius sit agendum, Litigantes per Interlocutoriam admonere debet, Bocer. *claff. 6. disputat. 27.*

theſ. 13. Nam quamvis Effectus Conclusionis præcipuus sit, quod post eam nullæ ulteriores Probationes, neque aliae Deductiones admittantur, cap. cum dilectus. 9. X. de fide Instrumentor. cap. Paſtoralis. 5. X. de cauſ. poſſeſſum. & proprietat. Speculat. ſub rubr. de Renunciat. & Conclus. lib. 2. part. 2. num. 3. tamen hoc limitatur, vid. Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 8. cap. ii. num. 12. Umm. dict. Diſputat. 19. theſ. 3. num. 13. Hahn. dict. Diſputat. de Proceſſ. Judicari. Quippe Judici, nunquam in cauſâ eſt concludiſſum, ſed ille ſemper ex oſſicio Partem interrogare potest, non ſolū ad Declarationem retro acti- torum, ſed etiam ad fundandam de novo ſuam intentionem, Gail. dict. obſervat. 107. num. 6. & ſeqq. Cavallos queſt. 821. Admittuntur quoque poſt Conclusionem, Testes, vel Inſtrumenta de novo reperita, cap. Paſtoralis. 4. de Exception. Cavallos queſt. 650. Mynſing. centur. 2. obſervat. 53. & centur. 4. obſervat. 60. Cravet. confil. 716. & denique Allegationes, & Infor- mationes Juris, puta Consilia Doctorum, etiam poſt Conclusionem ex- hiberi queunt, Gail. dict. obſervat. 107. num. 13. Mynſing. centur. 6. obſervat. 56. 3. num. fin. Besold. dict. Diſputat. de Mođo Referendi theſ. 19. Denique etiam à Reſerente obſervandum, an exhibitorum Procuratoriorum aliorumque Documentorum Recognitio facta ſit. Ratio eſt, quoniam ut præced. Aphorifmo 5. diſtum, ſemper exceptio falſi Procuratoris obſtat; omnino, niſi Recognitio Procuratoriorum facta ſit, priuſ per Interlocutoriam in- jungenda, ne Sententia reddatur nulla. Quæ Recognitio etiam in Do- cumentorum productione, cùm in Probatione victoria cauſæ ſubſiſſat, atque Documenta Probatoria parti-adverſæ maximè ſint præjudicabilia, ſemper eſt facienda; & de ea inquirendum, utrum iſta Documenta pro veris habeat, nec ne; ſi habet, dicitur illa recognoscere; ſi non habet, dicitur eadem diffiteri. Recognoscere verò Documenta Probatoria ni- hil aliud eſt, quam illa approbare, id eſt, confiteri, illa Documenta eſſe vera, & non falſa, vid. l. 5. ff. famili. hercifund. l. 1. §. 8. & l. 15. §. 3. ff. de Leg. Cornel. de falſis. Diffiteri Documenta verò, eſt illa non approbare, non admittere, quoniam vel ſunt falſa, vel alio modo ad præſentem Probationem iſufficienſia. Cauſa verò Diffeffionis à Diffidente ſem- per eſt exprimenda; Primiū, quò animadverti poſſit, an Diffeffio for- ſan ex malitia falſa ſit; Deinde, quò adverſa pars melius ſcire queat, quatenus Probatio fuorum Documentorum iſpi incumbat. Procu- ratores verò, ne ſuis Clientibus hāc Recognitione præjudicent, ei nonnullas Claſſulas adjicere ſolent, v. gr. *Recognosco bona fide, ſalva veritatis ſuſtan- tia, recognosco bona fide citra approbationem contentorum &c.* Gylmann. vc. Sigil- torum Recognitio. §. Forma recognoscendi &c. His Claſſulas adjectis, poſtea ſi forſan Documenta appareant eſſe falſa factæ Recognitionis, Revocatio facilius

facilius admittitur, plura vide apud Blum. Proceſſ. Cam. tit. 63. add. etiam Brunnemann. Proceſſ. For. cap. 19. de Inſtrumentis. Carpzov. Proceſſ. Jur. tit. 14. artis 2. 3. 4. & 5.

Aphorismus 9.

His circa modum procedendi legitime obſervati, rediū viā in perlegendis & narrandis Actis, ad alterum Caput, nempe ad Merita Cauſæ progrediendum, ubi (1.) UNIVERSA Facti Species ſeu Caſus, ex integris Actis, præcipue verò ex Narratis & Petitione Li- bellī investigandus, dilucide, plenariè, breviter tamen, in Judicio Collegis ſuis à Reſerente exponendus.

Si Proceſſus legitime obſervatus eſt, & à vitio iſfanabilis Nullitatis 1. defendi poſterit, tunc, add. Fürſtli. Braunschw. Qünzburg. Hof. Ger. Ordin. tit. 64. S. Darnach ſull der Reſerent &c. Reſerens ad Merita Cauſæ ſe accingens, integra Acta ad referendum ſibi tradita à capite ad calcem ſum- mā cum attentione perlegat, atque ex iis pérfectis universam Facti Spe- ciem ſeu Caſum, ſuper quo Sententia ferri debet, extrahat, & quantum fieri poſteſt, dilucide ac breviter ſcripto complectatur. Nam ex Facti Specie ſeu Caſu Jus decidendi ſumendum, ac niſi Caſus bene à Reſerente intelligatur, fieri nequit, quin Sententia iuſta ac iniqua decernatur. Ita verò Facti Species, ut dixi, ex integris Actis, præcipue autem ex Con- cluſione Libelli investigatinga, Blum. Proceſſ. Camer. tit. 75. num. 22. Hic au- tem Reſerendarius obſervet, an Libellus ſit ſimplex, vel alternativus, ſpecialis, vel generalis; clarus, vel obſcurus; ut illa in Libello obſer- vata accipiat, hæc rejiciat. Fit enim Libellus obſcurus & ineptus, quan- do nulla in eo petendi cauſa eſt, vel in quo quædam eſt, ſed id quod pe- titur exinde bonâ conſequentiâ deduci nequit, Zanger. de Exception. part. 2. cap. n. & ſeqq. in tali defectu autem Judex nihil certum concludere poſteſt. Quod tamen intelligendum, ſi Reus contra Libelli ineptitudi- nem excipiat; quod ſi omittat, & ad Actoris intentionem responderit, poſtea audiri non debet: ſed Judex, non obſtantे vitio & incertitudi- ne, ſi de intentione Actoris iſpi confiterit, juxta Libellum pronuncia- bit, cap. ſignificantibus. 2. X. de Libelli oſlatione. Judex enim non ſolū quid narretur, ſed quid petatur, inſpicere debet, Everhard. confil. 26. num. 4. Lanfranc. in Pract. Aur. cap. 15. de Petition. num. 2. Oldendorp. de Form. Libell. Libellus enim ex Petitione ſeu Concluſione regulatur, adeò ut ſi ex eis conſtituerit de intentione Actoris, licet ineptè petierit, Libellus ſuſtinen- dus fit, Maranta in Speculo Aureo in part. 6. princip. part. ult. num. 68. Nam pro

- pro validitate Libelli licet verba impropriare, Jason. in §. 2. *Institution. de Action. num. 169.* cùm sit largissimæ interpretationis, Joh. Fichard. *confi. 54. num. 5. & 6.* Excipitur casus, quando obscuritatis declaratio fuerit omessa, Foller ad Mar. de *Libell. obtut. num. 22.* vel Libellus contraria habeat; contraria enim allegans non auditur, uno tollente alterum, l. i. *Cod. de furt. Zaf. in §. 35. Institut. de Action. num. 13.* Vant. tractat. de Nullitat. 2. *passim.* Stypmann. de Referendar. cap. 6. num. 10. & seqq. Factum autem cum omniaibus suis Circumstantiis recensendum, quæ in Jure eam vim atque effectum habere possunt, ut iis Jus vel mutetur, vel distinguatur. Ex modicâ enim casus varietate, plerumque Jus Actoris vel Rei prorsus immutatur, l. ea est natura. 65. ff. de Regul. Jur. Et hoc absque ullo præjudicio cuivis recensendum, prout id à Partibus utrinque propositum fuit; ita ut non animadverti queat, in quam partem Relator inclinet. Itaque in Camerâ Imperiali (ad evitandam omnem sinistram suspicionem, utque reliquis Assessoribus omnes Circumstantiæ, cò melius innoscant) loco Facti Narrationis proponitur Series, seu Extractus omnium Actorum, ut ex Joh. Meichsneri *Decisionibus* patescit. Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 1. add. Blum. Proces. Cam. tit. 7. num. 88.* ubi dicit, quod Referendarii non ex ipsis Actis, sed ex suo Protocollo, seu Extractu Actorum, referre debeant. Sciendum tamen, etiam summarie referri posse, Besold. *dīct. loc. lit. (e)* Et hoc etiam in Judicio Aulico Hannoverano obtainere, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 64. §. Dar-nach s'oll der Referent &c. ita tamen ut integra Acta à verbo ad verbum in Judicio, si Præsidi, Assessoribus, & inprimis Referenti ita visum fuerit, perlegantur, *dīct. tit. 64. §. So nun der Handel also summarie &c.*
3. *Post Inquisitionem & Enarrationem Casus (2.) inspiciendum, quænam Actio instituta? Nam juxta illam Sententia formari debet: Atque si in Libello certa Actio non sit expressa, aut inde elici nequeat, ex Narratis tamen Libelli, vel aliunde constet, Actorum diversis Actionibus agere potuisse, illa à Referente eligenda, quæ dictis Narratis convenientior, & Actori utilior est.*

4. Haud sufficit benè perspectam habere Facti Speciem, nisi etiam Referens ejus Actionem intentatam & competentem sciat. Nam secundum Actionis speciem & naturam Sententia à Judice formanda, l. i. ff. *commun. dividund.* Gylmann. *Syphorem. tom. 1. in tractat. method. Proces. Cam. Imper. tit. Modus Referendi. num. 3.* Blum. *Proces. Camer. tit. 75. num. 23.* inprimis

mis Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 3. lib. 2. cap. 1. num. 36. & seqq.* Itaque ante omnia inquirendum genus Actionis, an reali, an personali Actione Actor agat, vel an ex æquitate imploret Judicis Officium, Brunnemann. *Proces. For. cap. 27. num. 15.* & an illa Actio negotio proposito sit conformis, l. 4. *Cod. de Formul. sublat. junge Aphorism. seq.* Genus autem Actionis 2. non solum ex Facti Specie (de cuius investigatione præter Author. in Exeges. Aphorism. præced. vide etiam Joh. Oldendorp. *Syllog. Exception. pag. mihi 344. rubr. quomodo investiganda sit Actio.*) Besold. *Dissertat. de Modo Referendi num. 21.* sed etiam præcipue ex Conclusione Libelli seu Petitione eliciendum, Dd. in l. certi condic. 9. ff. de reb. credit. Gail. *lib. 1. observat. 61. num. 13.* Mynsing. *decad. 3. Respons. 25. num. 2.* Meichsner. *tom. 4. decis. 2. num. 1.* junge omnino Rutger. Ruland. *dīct. loc. cap. 2. unde genus Actionis indagandum, per tot.* ista enim petitione regulariter omnino opus est, licet in quibusdam causis omitti queat, quas vide apud Oldendorp. *Syllog. Exception. pag. mihi 297.* Umm. *disputat. 6. num. 54.* item Author. in Exeges. præced. *Aphorism. allegat.* Conclusion autem hæc seu petitio pro diversa Actione diversimodè concipienda. Quapropter Libellans in primis curare debet, ut illa aptè concipiatur; quoniam in eadem tota Libelli vis & pondus maximè ac substantialiter consistit, Gail. *dīct. loc.* Umm. *dīct. loc.* usque adeò, ut in Libello, qui est instar Syllogismi, Haersolt. *de Action. in Prolegom. num. 72.* non attendatur, quid, quale, & quantum narretur, sed quantum ex Narratis concludatur, quæ Conclusion Libelli tanquam ipsa Actio ab obligatione, ut matre descendente, Haersolt. *dīct. loc.* restringit Narrata ad ea, quæ expressè in Conclusione dicuntur, Gail. *dīct. loc. num. 15.* Quare Judex & Referendarius magis ad Conclusionem, quam ad Narrata Libelli attendere debet, Umm. *dīct. loc.* Quod si autem Conclusion 3. obscura, & incertum, quæ Actio intentata sit; Judex ex deductis eam eligere debet, quæ Actori omnium utilissima est, Gail. *lib. 1. observat. 61. num. 9.* consule præcipue Rutger. Ruland. *dīct. loc. cap. 3.* Actionibus pluribus sese offerentibus utiliore à Judice Actori eligendam, per tot. Nam in dubio intelligitur intentatum illud remedium & Actio, quæ melius facto potest applicari, l. si quis intentione. 66. ff. de Judiciis. Gail. *dīct. observat. 61. num. 10.* Quomodo indagandum, quæ Actio Actori sit utilior, & de delectu Actionum, & quomodo is instituendus, vide Rutger. Ruland. *dīct. loc. cap. 4. per tot.* qui ibi eleganter simul num. 20. exposuit, Officium Judicis longè esse utilius, quam Actionem, adde Nicolai Vigel. *Repertor. Jur. cap. 1. pag. mihi 24.* Joh. Oldendorp. *in Prefat. Class. Action. Math. Stephan. de Jurisdic. lib. 1. cap. 1. num. 142.* qui de Officio Judicis scripserunt. De ceteris remedii subsidiariis, quæ in defectu ordinariorum remediorum & Actio-

& Actionum usurpari possunt, vide *Joh. Baptif. Coft. Franc. Oddum, Caldum.* interea autem hic sciendum, quod Libellus ambiguus in favorem Actoris interpretatione juvandus, &c, quoad fieri possit, sustinendus, Gail. *dict. observat. 61. num. 16.* Quod tamen procedit, si illa ambiguitas in Jure, & non in Facto consistat; nam tunc expressâ declaratione Libellantis opus est, Gail. *lib. 1. observat. 66. num. 9.* Sin autem Libellus planè & evidenter ineptus sit, ita ut nullâ interpretatione adjuvari queat, tunc Judex Reum ab observatione Judicii absolvere, & Actorem in Expensas condemnare debet, reservatò ei tamen Jure agendi ex alia causa apta, Gail. *lib. 1. observat. 67. num. 1.* Nam Sententia super inepto Libello lata, ipso Jure, etiam Parte non opponente, nulla est; quoniam Sententia Libello conformis esse debet, Gail. *lib. 1. observat. 66. num. 1.* idque in Causis Appellationum indistinctè procedit, si Judex inferior, non attentâ Libelli ineptitudine, pronunciavit, *ibid. num. penult. & ult.* In Causis vero Simplicis Querelæ potest etiam Judex, si velit, rejectò Libellò ineptò, Actori injungere, ut alium Libellum clarum, & concludentem exhibeat, quô casu, non necesse est Reum ab Observatione Judicii absolvere, *dict. num. ult.* Absolutione autem ab Observatione Judicii ob Ineptitudinem Libelli factâ, pereunt omnia Acta ordinaria Judicii, etiam quoad Effectus Juris, qui aliás non perirent, putâ, quoad interrumpendam Præscriptionem; secus est in Actis Probatoriis, Gail. *ibid. num. 3.* Libellus vero regulariter ineptus dicitur, quando ex eo non concluditur Jus agendi, seu, quando ex eo constat, Actori Actionem non competere, sive nata fuerit & extinta, sive nunquam nata fuerit, sed nasci speretur: ut quando obligatio est conditionalis, Gail. *ibid. num. 14.* adde *Exegeſ. præcedent. Aphorism. num. 1. vers. fit autem &c.* Quod si Libellus partim aptus & concludens, partim ineptus sit, propter Ineptitudinem Partis in totum non vitiabitur: quoniam utile per inutile vitiari haud debet, Gail. *ibid. num. 10.* Et hæc accipienda de Ineptitudine Libelli, quæ expressè appetit, non de ea, quæ tacitè, & per subinauditos Intellectus ac Subtilitates Juris deprehenditur, *ibid. num. 15.* Quare quando Doctores dicunt, Judicem Libellum ineptum dentibus lacerare debere, *ibid. num. 4.* id intelligi debet, si de Ineptitudine Libelli appareat, nam licet aliás sit ineptus; tamen Judex eum ex officio rejicere aut lacerare non debet, *ibid. num. 9.* Porro, quatenus Libellus alternativus, generalis seu incertus, obscurus, ineptus est, in quo plus minusve debito petitum, admittendus, tradit Umm. *disputat. 6. theſ. 15.* confer *Authores in Exegeſ. Aphorism. 7. hujus Section. allegatos.* Et hæc ita se habent, etiam Salutares non sint adjectæ. Si autem Libello annexæ, quæ hodiè

hodiè in omnibus Libellis addi solent, ut: *Peto mihi Jus & Justitiam administrari;* vel: *Imploro Officium Nobile;* item: *Peto, predicta omni meliori modo;* tunc virtute harum Clausularum omnis Actio emneque remedium competens, & ex Narratis resultans in Judicium videtur deductum, per allegata Carpzovii de Proceſſ. Jur. tit. 6. artic. 2. num. 1. Gail. lib. 1. *observat. 61. num. 12.* Guid. Papæ *decif. 263.* & omne id, quod probationi magis convenit. Ideoque tum Judex vel Referens ineptam Petitionem ab Actore propositam, vel ineptam Petitionem prætereundo, ex aptiore Actione Reum condemnabit, vel in id condemnabit, quod Actor petere potuiffet, Carpzov. *dict. loc. num. 3.* Mynsing. *centur. 4. observat. 55.* Brunemann. *Proceſſ. For. cap. 27. num. 18.* unde Angel. in §. omnium. Institut. de Action. consulit, cùm ignoratur Actio, vel remedium competens, vel, quomodo ex Narratis concludendum sit; tunc factâ brevi & congruenti Narratione, non esse aliquid in specie concludendum, sed pro ea simpliciter in fine Libelli suprà dictis Clausulis, in primis hâc Clausulâ, super quibus omnibus & singulis peto mihi Jus & Justitiam administrari, utendum, Haersolt. *de Action. in Prolegom. num. 80.* qui etiam eo loco virtutem aliarum Clausularum optimè describit. Attamen dictæ Clausulæ in Camera Imperiali in Supplicationibus, nisi rectè petitum, & ex Narratis sequatur, non attenduntur, sed decerni solet: *Wie gebetten/abgeschlagen.* Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 64. num. 51.* Nec in Libellis ad contraria sunt extendendæ; ideoque si quis intentat unam Actionem, & dictas Clausulas addit, non potest obtinere in Actione competenti, quæ contraria sit intentata, Alexand. *lib. 1. confil. 121. num. 11. ac seq.* Ut &, si ex Concluſione Libelli, certum genus Actionis deprehendatur, in aliis autem Productis, sive Scriptis, mutatum animadvertatur; priori tamen Actioni firmiter Referens inhærente debet, quia Actor eligendo unam viam, ad aliam recurrere nequit, *l. quod in herede. 9. §. 1. ff. de tributor. action.* Rutter. Ruland. *dict. loc. cap. 2. num. 24. & seqq.* In negotio autem multiplici, & aliquot Contractus intricatos habente, ad principale negotium & finem intentionis Partium est Referenti respiciendum, non ad id, quod incidenter venit; vel accedit. Deinde etiam, in negotio vario & multiplici inspiciendum est primum, non quid subsecutum ex accidenti; quia etiam post Litem contestatam Disputationes Partium ad aliud remedium vel Actionem tendunt, quâm quæ in Libello proponit, & Lis desuper contestata fuit, tamen illud non attenditur: quia ad illam Lis non est contestata. Lis autem fundatur super Libello & Contestatione; ergo heterogenea seu aliena, tanquam convenienti fundamento carentia, corruunt per se, & negligi possunt: nam ea, quæ post Litem conte-

contestatam deducuntur, debent omnia respicere Libellum, & Litis contestationem, eique subjunctas Exceptiones, Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 20. in lit. (eee)* Interdum autem super incidentibus & emergentibus Quæstionibus pronunciandum, de quibus vide Brunnemann. *Process. For. cap. 12.*

Aphorismus II.

Actione perceptâ (3.) videndum, num institutæ Actionis omnia Requisita non solum adserit, sed etiam an sufficienter probata? Requisitò enim unicò deficiente, vel non sufficienter probatò, Reus ab institutâ Actione absolvendus venit. *Quod autem intelligendum, si Actor illud probare non possit. Nam si forsan non probaverit, Judex prius Actori Probationem injungere debet.*

1. De Requisitis, ut & de affinitate Actionum, quoniam plurimi Doctores insignes Tractatus scripsierunt, ut est inter cæteros Joh. Oldendorp. in *Action. Forens. Progymnasm.* Nicol. Vigel. in *Repertorio Juris.* Arnold. ab Haersolte in *Adversar. de Action. omnibus tam Civil. quam Criminal.* Rutger. Ruland. in *tractat. de Commissar. part. 3. per tot.* Schneidewin. *ad tit. Institut. de Action.* Joh. Petr. Ferrariensis, Petrus Jacob. Aurelianensis, Odofredus, Roffredus, Vultej. *lib. 2. Jurisprud. Roman.* Struv. *Syntagm. Jur. Civil.* latè huic rei non insistam, sed tantùm breviter hic monebo, quòd cognitio Actionis Civilis propositæ in hisce principaliter consistat, videlicet, ex qua causa nascatur; utrùm ex obligatione, quæ personalis est Actio; an ex Rei detentione, quæ realis dicitur; cui competat, seu cui detur, & adversus quem, an porrigitur ad Hæredes, quid in ea veniat, quamdiu concedatur, quid spectandum sit Judici, aut quod in singulis Judicis officium sit, confer. Rutger. Ruland. *dict. tractat. part. 3. cap. 1. num. 26.* Haersolte *dict. tractat. in Prolegom. num. 5.* Oldendorp. *dict. tractat. in Argument. Oper.* Hæc autem inquisitio maximè ideò fieri debet, quoniam si unum ex Requisitis Actionis desit, de aliis inquire superfluum judicatur, Rutger. Ruland. *dict. loc. cap. 5. num. 6.* Porro parum proficit Actori, Requisita Actionis proposuisse, nisi etiam eadema probet, Rosbach. *Prax. Civil. tit. 53. num. 13.* Nam quod quis afferit in JUDICIO, illud tenetur probare, Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 28. thes. 6.* Quare etiam ante omnia Referens attendere debet, num Actori injuncta sit Probatio; si non, prius injungenda, Struv. *dict. loc.* Si autem injuncta, num Requisita Actionis sufficienter probata sint; iis enim non probatis, aut unicò non probatò, Reus est absolvendus, Blum. *Process. Camer.*
2. *Si itaque Actionis intentata Requisita ab Attore sint probata, & ejusdem Intentio fundata (4.) considerandum: An Actio sic probata*

Camer. tit. 75. num. 24. Interdum autem Actor relevatur, ob præsumptionem Juris, quam pro se habet à probatione Requisitorum intentata Actionis, Fulv. Pacian. tractat. cui incumbat onus probandi, lib. 1. cap. 8. Menoch. *de Præsumption. lib. 1. quest. 33. & 36.* adde Henr. Hahn. *Dissertat. de Process. Judiciar. conclus. 41.* ut si probem, Titum me affecisse verbis injuriis, tunc id præsumitur, injuriandi animo factum, nec teneor id probare, sicque maximus usus est materia præsumptionum, de qua Alciatus, & jam allegati Authores sunt consulendi. Quomodo verò in singulis Causis & Actionibus probatio sit facienda, docet Mascard. *tractat. de Probation.* Marcellus Cala *de Modo Articulandi.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 4. per tot. de Interrogatoris.* Joh. Oldendorp. in *tractat. de Probation.* dictor. & factor. allegat. Fulv. Pacian. Gilhaus. in *Arbor. Judiciar.* Nicol. Vigel. in seinem Gerichts-Büchlein vom Beweß. Cùm igitur ex Actis appareat, Actoris intentionem, ob deficientem Probationem necessariam, non esse fundatam, haud opus est, ut de Rei Defensionibus, operosè dispiciatur; nisi eventualiter, & ad majorem cautelam hoc laboris Referens suspicere velit. Indubitata siquidem Juris Regula est, quòd deficiente Probatione, ille, cui probandi onus incumbit, succumbat, & Adversarius obtineat, sicque Actore non probante, eti nihil præstiterit Reus, is debeat absolvvi, l. 4. *Cod. de edendo.* l. 2. *cod. de Probation.* Metimur enim Juis, non ex Persona Rei, sed Actoris, l. 1. §. qui hereditatem. l. ff. si pars hereditat. petatur. Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 23.* Omnis autem Probatio sit vel artificialiter, vel inartificialiter; illa ex ipsa causa per soleritatem Advocati invenitur, & depromitur, & fit per præsumptionem, & argumenta: *De argumentis inveniendis* vide Nicol. Everhard. in *Loci Argumentor. Legal.* qui auro pretiosiore Tractatum de his scripsit. *De Præsumptionibus* vide suprà allegat. Menoch. item Gilhaus. in *Arbor. Judiciar.* Hæc est, quæ ad fidem faciendam extrinsecus assumitur, & fit per Instrumenta, Testes, Confessionem, Ocularem Inspectionem, Juramentum, Famam: de quibus vide Rosbach. *Prax. Civil. tit. 53. & seqq.* Brunnemann. *Process. For. cap. 18. & seqq.* Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 29. thes. 2. & seqq.* Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 24. 25. 26. 27. & 28.* Uimm. *disputat. 14. usque ad disputat. 19. exclusive.* allegat. Mascard. *de Probation.* Rutger. Ruland. *de Commissar.*

Aphorismus 12.

Si itaque Actionis intentata Requisita ab Attore sint probata, & ejusdem Intentio fundata (4.) considerandum: An Actio sic probata

bata per Exceptiones Rei sit elisa? hoc est, an Rei Exceptiones sint relevantes, sive habeant in se vim removendi Actionem. Et an Exceptiones sint sufficienter probatae? Et hoc casu Referens diligenter conferre debet Actoris & Rei Rationes, Probationes, Juriumque Allegationes, seu Partium Disputationes; uter eorum melioribus & firmioribus Rationibus Probationibusque nitatur.

1. Cùm Exceptiones Rei defendendi gratiâ comparatae, & Actiones iniquæ sint, si Reus Exceptionibus tutus sit, *Institut. tit. de Exception. 13. in princ. idcircò Referens omnino etiam attendere debet, an Actio probata Exceptionibus Rei sit infirmata, & propositæ Exceptiones legitimè probatae.* Nam quemadmodum nudis Actoris assertionibus fides non habetur; ita etiam nec nudis Exceptionibus Rei, *l. in Exceptionibus. 19. in princ. ff. de Probation.* sed ea in forma specificata probandæ, ut effectum Exceptionis concludat, *l. matrem tuam. 17. Cod. de Probation. & dict. l. in Exceptionibus. 19. ff. eod.* addatur Jac. Ayers *Histriſcher Proceſſus Juris part. 1.*
2. *cap. 6. obſervat. 1. per tot.* Per Exceptiones autem hic intelligimus, non solum Exceptiones strictè sic dictas, sed etiam Replicas, Duplicas, Triplicas, Quadruplicas &c. Nam sive à parte Rei conventi objiciatur Actori, sive à parte Actoris opponatur Reo convento, semper censetur Exceptio; in summa, quicquid objicitur cuilibet intentioni vel affirmationi, comprehenditur generaliter sub Appellatione Exceptionis, Joh. Oldendorp. *Syllog. Exception. Forens. pag. mihi 2. & 3.* adde Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 69. num. 3.* Quousque autem hodiè allegatio ejusmodi Scripturarum sit permissa, vide *Sect. V. in Exeget. Aphorism. 3.* Blum. *Proceſſ. Camer. tit. 63. num. 19. & tit. 69. num. 79.* addatur Besold. *Dissertat. de Modo Referendi theſ. 30.* Porro autem hic sciendum, quod omnis Exceptio, quā Reus Actionem depellit, vel dicatur, nullam competere Actori Actionem, quæ dicitur Exceptio Facti, sive Intentionis, vel competere quidem, sed per aliquam allegationem differri vel excludi, quæ dicitur Exceptio Juris sive Actionis. Ut: Actio Actoris vel est in Jure fundata, vel non fundata; ita Exceptio illa opponitur Actioni fundatae, & tunc Exceptio dicitur Juris sive Actionis; hæc verò Actioni non fundatae, & tunc Exceptio est & dicitur Facti, sive Intentionis. Quæ distinctio ad id utilis, ut sciamus, quæ Exceptio, per Statuta videatur exclusa; nam id de Exceptione Actionis videtur intelligendum, Brunnenmann. *Proceſſ. For. cap. 1. num. 1.* junge Oldendorp. *dict. trattat. pag. mihi 9.* Besold. *dict. Dissertat. theſ. 29.*
4. Illud quoque hic ignorandum non est, quid sit ipso jure obligationem, quam Actor intendit, sublatam, vel Reum conventum ipso jure liberatum

ratum esse, quid item sit, ope Exceptionis Actionem evanescere, perimi, vel elidi? Cùm enim Reus conventus ipso jure nihil debet, is effectus sequitur, quod, etiamsi non opponatur Exceptio, Judex tamen ex Actis intelligens, ipso jure eum liberatum, repellere debet Actorem, & Reum absolvere suo officio, Bartol. *in l. si unus ex argentariis. 27. §. padus, ne peteret. 2. ff. de Pactis.* Ope Exceptionis verò eliditur Actio, quando Reus, non objiciens defensionem suam, condemnaretur summo Jure, nec solutum ex tali condemnatione repeteret: licet æquum non sit, eum condemnari, *Institut. tit. de Exception. 13. §. præterea debitor. 3. l. Julianus verum. 60. ff. de condic. indebit.* Oldendorp. *dict. trattat. pag. mihi 11.* Quò pacto autem Actio intentata Exceptionibus possit elidi, consulendus in primis Joh. Oldendorp. *in Action. Forens. Progymnasm.* qui ferè singulis Actionibus adjunxit Exceptiones seu Defensiones Rei. Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 4. per tot. de Interrogatoriu.* item Nicol. Vigel. *in Repertorio Juris.* quibus addendus Zanger. *de Exceptionibus,* qui integrum Tractatum & quidem aureum tam de Exceptionibus Dilatoris, quām Peremptoriū conscripsit; ut & Joh. Oldendorp. *in Syllog. Exception. Forens.* Unde autem Referens scire queat, an Actor aut Reus melioribus & firmioribus Rationibus nitatur, *in Aphorismo nostro ex Blum. Proceſſ. Camer. tit. 75. num. 4. & Symphorem. Supplicat.* Adrian. Gylmanni *tractat. methodic. num. 5.* indicavi. In primis autem colligitur ex Defensionalibus, quæ propriè ad Exceptionem Intentionis pertinent, seu Elisivis, quæ propriè ad Exceptionem Actionis spectant. Nam hisce, ceu scuto, Actoris tela enervare contendit. Et in tantum hoc scire interest, ut si aptæ & relevantes sint Rei Exceptiones, etiam non obstante Probatione Actoris, nihilominus Reus auxilio earum sit absolvendus, *l. 2. §. illud. 2. ff. de Exception.* Zanger. *dict. trattat. part. 1. cap. 3. à princ.* Rosacorb. *cap. 3. num. 6.* Besold. *dict. Dissertat. theſ. 29.* An autem Judex & Referens etiam expressè pronunciare debeat super emergente, vel incidente Quæstione, seu Exceptione, vel Replicatione, vid. Fulv. Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 58. per tot.* Quænam autem sint & dicantur Exceptiones incidentes & emergentes, habet Zanger. *dict. trattat. part. 1. cap. 3. num. 43. 44. & 45.* & allegat. Fulv. Pacian. *dict. loc.*

Aphorismus 13.

Deinceps prædictis plenè ac diligenter examinatis (s.) Referens Narrationi sive Relationi subjungat Votum suum; Quid in Causa pronunciandum, & quomodo Forma Sententiae, quæ est vel Interlocutoria, vel Definitiva, sit concipienda, hoc est, quid Juris ad

ad Causam controversam, ratione Juris vel Facti applicari debent per Sententiam.

1. Vide Blum. *Process. Camer. tit. 7. num. 93.* ubi dicit, quod Referens, Relatione jam perfecta in Camera Imperiali, statim suum Votum dare debeat; alioquin Judex in praesentia duorum Assessorum istum interpellat, inque eundem, prout decet, animadvertiscat. Quod etiam in Judicio Aulico Hannoverano Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hys-Ger. Ordin. tit. 65. quodammodo cautum reperimus: Und wann die Rechts-Sachen/ darin definitivè, oder zu einer wichtigen Interlocutorien - und Bey-Urtheil be- schlossen / ubgeschriebener gestalt in gemeinsamem Hof-Gerichts - Rath also referiret / erzehlet und verlesen worden / so soll der Referent alsofort seine Meinung / mit Einführung derer ihn bewegenden Ursachen und Gründe der Rechte / hinten an die Relation hinzugezet / den übrigen Assessoren ab- lesen und fund machen. & quidem forsitan ex hac ratione, quod ex per- lectis Actis melius, quam ceteri Assessores, scire posse, quid pronun- ciandum, & quomodo formanda sit Sententia; allegatis Ordinationi- bus provisum est. Pronunciatio sive Decisio Juris in Causa controversa, sive Statu Controversiae, versatur vel circa Questionem Juris, vel circa Factum. Nam omnis, quae in Judicio occurrit quaestio, vel de Facto est, vel de Jure, vide Nicolai Vigelii Gerichts-Büchlein regul. 2. pag. mibi 5. & in primis Rosbach. *Prax. Civil. tit. 1. num. 43. usque ad 55.* & quidem si in Jure controversia consistat, illud Judex, aut Referens observare debet, ne aliter judicet, quam Loci Statutis, ac Moribus, in eorumque de- fectu, Legibus & Constitutionibus; ac, si nec haec suggerant certam de- cisionem, quod receptoribus Doctorum sententiis proditum invenitur in princ. *Institut. tit. de Offic. Judicis. adde Exeges. Aphorism. 3. num. 6. vers. In nulla causa. Sect. 4. pag. 42. in med. Nicol. Vigel. dict. loc. regul. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* item pag. mibi 63. & seqq. von den ungewissen Rechten. Quia tamen de omnibus non sunt Leges scriptae, nec a Legumlatoribus omnia potuerunt prævideri, l. non possunt. 12. ff. de Legibus. inde ea de quibus nihil certi Lex definit, ea arbitrio Judicis necessariò sunt relinquenda, Besold. *Dissertat. de Modo Referendi thes. 31.* Vigel. dict. loc. pag. mibi 76. Jac. Ayrers Historischer *Processus Juris part. 1. cap. 2. observat. 4.* Si autem de Facto quaestio est, tunc quod sibi credibilius esse videtur, Referens sequetur, maximè, cum Facti quaestio tota semperque sit in arbitrio Judicis, l. i. §. 1. ff. ad SCum Turpilian. & l. ordine decurionum. 15. ff. ad Municipal. Ratio, quod haec qua- stio tota, à Probationibus, quae in arbitrio planè Judicis positæ sunt, dependet, l. 3. §. ideoque. 1. & l. ob carmen. 21. ff. de testibus. l. eum, quem. 79. ff. de

de Judic. Menoch. de Arbitrar. Judic. Quest. lib. 2. cas. 95. & de Presumption. lib. 1. quest. 44. Quâ in re tamen Judex quoque limitibus, terminis, atque cancellis certis circumscriptus est, quos transilire non debet; Acta namque & Probata, quae rei, de qua agitur, magis proxima atque aptiora, l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de Testibus. convenit eum sequi, nec ex Conscientia, licet Georg. Lauterbeck. part. 5. cap. 7. des Regenten-Buchs / & alii contrarium statuant, judicare debet, vide de hac re latè differentem Ayrer Histor. *Process. Jur. part. 1. cap. 8. observat. 2.* Et si verbum ambiguè prolatum sit in Judicio, secundum Proferentis intentionem illud acci- pere debet, Rosbach. *Prax. Civil. tit. 1. num. 53. & 54.* Besold. dict. loc. In 3. Conceptione Sententiae porro à Referente consideranda tum Substan- tialia, tum Accidentalia. De Accidentalibus *Aphorism. sequenti agendum:* hic interim Substantialia perlustrabimus. Sciendum verò, quod duplex sit Sententia ratione Causarum controversialium, alia interlocutoria, quae super emergentibus & incidentibus fertur, alia Definitiva, quae prin- cipalem Controversiam determinat. In quibus casibus priùs interloqui Judex debet suprà in hac Sectione hinc inde aliquot casus notavimus, cum remissione ad alias Authores, quibus etiam addi potest Ummius dispu- tat. 19. thes. 5. num. 16. & seqq. Substantialia itaque Sententiae Definitivæ quod attinet, illa consistunt (1.) in exprimendo nomine Judicis, ut vi- deri possit, an competens sit, vel incompetens; nam ab incompetenti Judice lata Sententia, nulla est, & in ipsa Executione Exceptio Incom- petentiae opponi potest, tot. tit. Cod. si à non competent. Judic. Gail. lib. 1. ob- servat. 42. num. 4. Berlich. part. 1. *Conclus. Pract. 57. num. 6.* Unde etiam, teste experientiâ, videmus alio modo ab ordinariis, alio modo à dele- gatis Judicibus pronunciari. Utrum autem Pronunciatio in singulari- aut plurali numero fiat, perinde est, Lanfranc. cap. 10. de Judic. num. 9. Umm. disputat. 19. thes. 10. num. 43. Formulas habet Stypmann. in tractat. de Referendar. cap. 7. num. 251. 252. & 253. Judicis tamen nominis omissione, si ipse modò Judex pronunciet, Sententiam non reddit nullam, si ad Collegii Juridici Responsum lata sit, Carpzov. *Process. Jur. tit. 16. artic. 1. num. 48.* idem part. 1. constitut. 26. definit. 2. quod tamen allegatus Stypman- nus dict. tractat. de Referendar. cap. 7. num. 150. & seqq. non simpliciter, sed cum certis distinctionibus admittit (2.) in expressione nominis Partium, Actoris & Rei, aut qui vice Actoris est, ut Fiscalis, & Jure Civili qui- dem, si per Procuratores agatur, etiam nomen Procuratoris requiri- tur, l. i. Cod. de Sentent. & Interlocut. quod tamen in Jure Canonico & in Causis Summariis non observatur, Camill. Borell. lib. 2. decis. 396. tit. 30. Tusch. conclus. 136. num. 27. & seq. nec in Camera Imperiali, exceptâ M

exceptâ causâ Injuriarum , ut vitetur Infamia , Gail. lib. 1. observat. iii. num. 2. Mynsing. centur. 6. observat. ii. & Personarum Illustrum , per l. penult. Cod. de Procurator. Schwartzenthal. Processus Judicior. lib. 3. cap. 4. num. 12. Consuetudine, in reliquis Judiciis integrum est Judici, vel in Principale, vel in Procuratore ferre Sententiam , Brunnemann. Processus For. cap. 27. num. 29. Sed si Principalis mortuus, tunc Procuratoris nomen, maximè, cum hodie Mandatum etiam in Haredem Mandantis directum esse debeat, per novissimum Recessum , in Sententia exprimendum: Formulas pete ex Stypmann. dict. loc. num. 255. & ex Rosbach. Prax. Civil. tit. 71. num. 24. 25. 30. & 31. (3.) Contineat Sententia quoque Tenorem Libelli, seu Causam, de qua agitur, hoc est, debet esse Libello & Petitis conformis, quia ex eo ratione Materiæ etiam de Competentia Fori constat, Stypmann. dict. loc. num. 256. qui etiam ibi num. 257. & seqq. Formulas quasdam affert. Quod autem dicatur, Sententiam debere esse Libello & Petitis conformem, potius de re petitâ, quam de ipsa Petitione, & quod Judex extra Libelli metas vagari ac judicare nequeat, intelligendum. Nam non semper, ut in hac Sectione supra demonstratum dedimus, Libello & Petitis conformis esse potest, confer omnino Brunnemann. Processus For. cap. 27. num. 23. & seqq. ut & Carpzov. Processus Jur. tit. 16. artic. 2. num. 21. & seqq. qui fusi enumeratis quibusdam Casibus hoc explicaverunt. (4.) Sententia etiam exprimat Substantiam Processus, quæ in Litis contestatione, Juramento Calumniæ, Exceptionibus, Probationibus & Submissione aliisque Partibus consistit. Hoc duplice modô fit, vel latè, ut singula membra exprimantur: ex. gr. Auf eingekommene Klage / geschehene Antwort / geführten Beweis / und endlich von allen Theilen geschehene Submission in Sachen T. B. contra C. B. Deliti, erkennen und sprechen wir vor recht ic. Sed non opus est, ut hoc fiat, sed expedit, quia facili viâ Processus vitia possunt notari, ut compendiosè nulla sive Libelli, sive Litis contestationis, vel alterius partis expressâ factâ mentione fiat: ex. gr. In Sachen B. contra P. Fideiussionis, ist allem Vorbringen nach für recht erkannt; vel, In Sachen P. contra H. das Hauss betreffend / erscheinet aus den Acten so viel ic. Quâ Formulâ appetit Judicem se retulisse ad universum, quasi Sententiam tulerit, omnibus Actis & Actitatis convenientem , Stypmann. dict. loc. num. 260. & seqq. Plures Formulae inveniendæ apud Adamum Volckmannum in seiner Notariat-Kunst part. 2. cap. 49. per tot. & quidem fermè in singulis partibus Processus apud Carpzovium, quæ Processui Juris sunt annexæ. (5.) Ut sit Juri conveniens; alias si Juri contraria fuerit, ipso jure nulla erit, ut nec Provocatione opus sit, l. 1. §. 2. qua Sententia sine Appellatione rescindatur. l. 16.

l. 16. de Appellation. & l. 2. Cod. quando provocare non est necesse. Umm. disputat. 19. thes. 10. num. 46. Quare etiam Judices ita solent id exprimere: Erkennen wir N. N. für recht. Facultistæ hoc modo: Das dñs Urtheil den Rechten / und uns überschickten Actis gemäß/ erkennen wir Dechant, Senior &c. der Juristen-Facultät auf der Universität N. Hæc autem Pronuntiatio duplē habet intellectum. Primus est, quod Jura sint congruè applicata Facto controverso, ut jam appareat, quid in eo æquum vel iniquum, & de eo statuendum sit. Cum autem hoc difficillimum sit, debet naturam Actionis Referendarius, ut suprà in hac Sectione notavimus, & Stypmann. dict. loc. num. 273. & seqq. tradit, bene considerare, cùm ex illa de Justitia Causæ facile judicari possit. Secundus intellectus est, quod Judex indicet, Sententiam juxta Jura & Leges scriptas, vel Mores in Provincia receptos conceptam esse. Judex enim non secundum suum Cerebrum vel Conscientiam, ut suprà diximus, sed juxta Acta judicare debet, Rosbach. Prax. Civil. tit. 71. num. 22. 23. & 24. & quantum Moribus & Legibus receptum est, Institut. tit. de Offic. Judic. in princ. Unde autem in unaquaque Causa, & quidem in Causa Spirituali, Seculari, quæ est vel publica, vel privata, & in Causa Feudali, ut & in Causa à Jure non decisa Jus petendum, ut Decisioni Causæ sufficiat, exponit Umm. disputat. 18. num. 24. Stypmann. dict. loc. num. 285. usque ad num. 331. An autem Judex teneatur Rationes Decisionis suæ addere, vide Carpzov. Processus Jur. tit. 16. artic. 1. num. 65. & seqq. Brunnemann. Processus For. cap. 27. num. 20. Stypmann. dict. loc. num. 332. & seqq. An autem Parti à Collegio Juridico, ex cuius Consilio lata est Sententia, Rationes Decidendi communicandæ, consule Brunnemann. dict. loc. num. 22. qui affirmavit contra Carpzov. dict. artic. 1. in fin. amplectitur. (6.) Sententia etiam certa & clara esse debet. Sufficit tamen, si Sententia per Relationem ad aliud certa sit. Quomodo autem hæc Relatio fieri possit, & in quibus Casibus Sententia certa nequeat, demonstrat Brunnemann. dict. loc. num. 30. & 31. Stypmann. dict. loc. num. 355. & seqq. adde Umm. disputat. 19. thes. 10. num. 45. qui semper certam Sententiam requirit, distinguit tamen secundum Natt. consil. 569. num. ult. ut tum super Expensis, Fructibus, Usuris, Interesse, Sententia generaliter concipi possit, Liquidatione & Probatione post Sententiam reservatâ, ubi ea accessoriè petantur; aliud autem esse dicit, si principaliter petantur, quò casu, specificâ condemnatione opus esse, adeò, ut ea citra Nullitatem omitti non possit. Et hoc usū obtinere simul allegat. Umm. monet. Qui autem obscuram Sententiam declarare possit, & unde, vid. Brunnemann. dict. Processus For. num. 55. & seqq. (7.) Absoluta etiam debet esse Sententia, id est, non

non conditionalis, quod de extrinseca conditione, id est, quæ non est rei præsenti cognata, non verò de intrinseca intelligunt quidam Doctores. Aliter autem & melius distinguitur, utrum conditio in continentia impleri possit; an verò si moram & cognitionem ulteriorem requirat: vel inter conditionem, quæ post se Sententiam aliam requirit, & quæ non, illa v. gr. si probaverit; hæc, si juraverit. Unde conditio in Sententiis apposita vel dicitur Juris vel Facti, Brunnemann. *dict. loc. num. 33. & 34.* qui autem *num. 36. & seqq.* ejusmodi conditionalem Pronunciationem, licet in Praxi ea obseruetur, per tradita Carpzovii *dict. loc. num. 55. & seqq.* non approbat; cùm ex tali Pronunciatione non Definitiva, sed Interlocutoria tantum resultaret. (8.) Contineat etiam Condemnationem, vel Absolutionem, *i. e. ff. de re judicat.* sive expressis verbis, sive æquivalentibus, *i. e. §. 1. & i. 59. princ. ff. de re judicat.* Vantius *tit. de Nullitat. ex def. Process. num. 92.* Ummius *disputat. 19. num. 43.* Potest tamen & tenetur pro re natâ Judex, si diversa sunt in Libello Capitula, in uno Reum absolvere, & in alio condemnare; adeò, ut si unum Capitulum planè prætereat, Sententia in reliquis sit nulla; nam Absolutiones & Condemnationes in omnium Persona facienda sunt, per *i. in hoc Judicio. 27. ff. famil. herciscund. i. 4. §. 3. ff. de doli exceptione.* Tusch. *lib. 5. conclus. 134.* Brunnemann. *dict. loc. num. 28.* (9.) Ut Sententia in Scripturam redigatur, de quo infrà.

Aphorismus 14.

Tandem (6.) in perfectione Actorum notandum, & à Referente in Relatione monendum, quid super accessoriis extra causam principalem pronunciandum, & utrum Expensæ ex justis causis compensandæ, an verò alterutra pars in eas sit condemnanda.

1. Quandoquidem non solum in judicando ipsius rei, sed etiam ejus accessionum, præsertim si petitæ sint, ratio habenda, Blum. *Process. Camer. tit. 75. num. 45.* Itaque etiam nullò modō à Referente accessiones negligendæ, sed Voto ipsius inserendæ, Besold. *Disputat. de Process. Judicior. cap. 16. per tot.* Illæ verò accessiones sunt Fructus, Usuræ, & id quod interest. Fructus in genere denotat omnem utilitatem, quam vel ex ipsa re, vel ejus occasione percipere possumus. Dividitur in naturalem & civilem; & ille vel in naturalem in specie, vel industrialem; & horum alii dicuntur corpori coharentes, alii percepti, alii percipiendi, alii consumti, alii denique existentes. Et hi Fructus, si nihil de illis nominatim Conventione actum in Actionibus bonæ fidei, ut & arbitrariis à tempore

pore moræ, in strictis verò Judiciis à Lite contestata demum, etiam de Jure Canonico omnes restituendi, quos quidem Actor percipere potuisset. Usuræ sunt quantitatis accessiones, propter ejus usum solvendæ. Dividitur autem Usura in specie sic dictam, & foenus. Accedunt autem Usuræ soli quantitati, seu rei, pondere, numerô, mensurâ constanti debitæ. Verùm non pañim & indistinctè, sed tum demum, si aut mora à Debitor commissa sit, aut Usuræ per Pactum aut Stipulationem promissæ fuerint. Interesse, aut id quod interest, dicitur, quod nobis facto alieno abest, quodque lucrari potuimus. Ejus species vulgo varias constituunt, ut aliud commune, cōventum, singulare; aliud intrinsecum, ut & extrinsecum; aliud estimabile, non estimabile. Et debetur Interesse plerumque ob moram Adversarii, idque regulariter in omni obligatione, Umm. *disputat. 21. per tot.* qui ibi fusè de cunctis tractat. add. Struv. *Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 11. thes. 18. & seqq. Exercitat. 12. thes. 15. & seqq. Exercitat. 27. thes. 41. & seqq. Exercitat. 44. thes. 5.* Peretz. *ad Cod. tit. de Sententiis pro eo quod interest proferuntur.* Ad accessiones quoque spectant Expensæ, tam in rem ipsam, quam litem factæ. Impensæ in genere sunt Sumptus erogati. Erogantur autem vel in ipsam rem, quæ Judiciò petitur, vel in ipsam litem, quam res petitur: quæ in ipsam rem fiunt, sunt vel necessariae, vel utiles, vel voluptuariae. De harum restitutione ita Juris est, quod bonæ fidei Possessor omnes Impensas necessarias regulariter officiò demum Judicis consequatur. Quod & de malæ fidei Possessore afferendum videtur. Utiles impensas bonæ fidei Possessor itidem consequitur Judicis Officio: malæ fidei verò Possessor eas tollendi demum facultatem habet. Denique voluptuarias Impensas uterque tam bonæ fidei, quam malæ fidei Possessor ita consequitur, ut tantum habeat eas tollendi & abradendi potestatem, Umm. *disputat. 22. thes. 1. 2. & 3.* Struv. *Exercitat. 11. thes. 31. & seqq. Exercitat. 30. thes. 59. & seqq.* Impensæ in litem factæ, aliae sunt delicatae, aliae necessariae; sed illæ plane in restitutionem non veniunt, sed tantum necessariae, Umm. *dict. disputat. 22. thes. 4.* & de his saltem Referens sollicitus esse debet. Necessariae Expensarum plura sunt genera, vel ob Examen Testium, vel ob Sportularum Solutionem, vel denique ob Cibaria, & ejusmodi alia in Itinere, vel in Hospitio &c. necessariò facta, Umm. *ibid. thes. 5.* Huc etiam referuntur, quæ pro Opera Advocatorum, Procuratorum, Notariorum, redimendis Processibus, Copiis Actorum, Compulsorialibus, Executorialibus, quæ Judicibus, Nunciis, pro Transmissione Actorum præstantur, Stypmann. *de Referendar. cap. 7. num. 400. & seqq.* Blum. *dict. loc. num. 51.* Carpzov. *Process. Jur. tit. 25. artic. 2.* Quando, & quibus in Causis locuta

locum habeat Condemnatio in Expensas, tradit Carpzov. dict. tit. 25. artic. 1. Umm. dict. disputat. 22. thes. 6. 7. & 8. quâ Actione, & quô remedio impensæ sint petendæ, vid. Carpzov. dict. tit. 25. artic. 2. Umm. dict. disputat. thes. 9. Rosbach. Prax. Civil. tit. 78. num. 12. 13. & 14. Non sunt autem praestandæ, priusquam illas pars adversa, cui sunt adjudicatae, liquidas fecerit, & Judex moderatus fuerit, Carpzov. dict. tit. 25. artic. 3. Umm. dict. disputat. 22. thes. 10. Quomodo autem Impensæ probandæ, & Moderate ratio instituenda, exponit Carpzov. dict. tit. 25. artic. 3. & 4. Rosbach. dict. tit. 78. num. 11. Besold. Dissertat. de Modo Referendi thes. 13. In Judicio Aulico Hannoverano à Referente Advocatorum Producta in perfectione Actorum taxanda, & Productis extrinsecüs Taxa est inscribenda, Fürl. Braunschw. Lüneburg. Hof. Ger. Ordñ. tit. 64. §. Und damit hernacher ic. Quomodo in Camera Imperiali Rei Accessiones & Expensæ taxandæ, vide Blum. dict. tit. 75. num. 45. & seqq. Notandum quoque, quod non solum per Definitivam, sed etiam per Interlocutoriam de Expensis judicari queat. Hæc enim ob Contumaciam publicatur, etiam lite pendentे, contra Contumacem. Interdum etiam ob retardatum Processum condemnatur alter, ut non audiatur, nisi Expensas restituerit, Brunnemann. Proces. For. cap. 27. num. 79. Blum. dict. loc. num. 50. Rosbach. dict. tit. 78. num. 4. Sed per Definitivam regulariter Victus in Expensas condemnari debet, quia temerè litigasse presumitur, & tam ante litem contestatam, quâ post factas, Brunnemann. dict. loc. Judex autem Causas, si remittat Expensas, peculiariter usu hodiernō exprimere non tenetur. Quod & in Camerâ observatur, sed tantum generalibus verbis fit Compensatio Expensarum, ob justam causam litigandi, putâ, ex justis causis animum Judicis moventibus, aus hemeglichen Ursachen / Gail. lib. 1. obser. 151. num. 23. Formula autem pronunciandi in Compensatione Impensarum ejusmodi esse solet: Die Gerichts-Rästen deshalb aufge- lauffen / aus bewegenden Ursachen gegen einander compensend und ver- gleichend.

Aphorismus 15.

Ponderatis ac perlustratis Relationis Modis in PRIMA INSTANTIA faciendis, restat, nunc de iis in SECUNDA INSTANTIA, nempe in primis in Judicio sive Processu Appellationis &c. observandis differere. Fit autem Relatio in Judicio sive Processu Appellationum dupliciter, nimurum: PRIMA RATIONE hoc modo, Libellus Actoris in Prima Instantia propositus (1.) summarie pro-

proferendus (2.) Exceptiones contra intentionem Actoris, Fbrique Declinatoriae ejusque Repliæ, non quidem totæ, sed Capita dun- taxat generalia legenda (3.) Interlocutoria, si quæ lata est, ad Litem contestatam addenda (4.) Probationes, quia cardo in his consistit, accurate examinandæ, & de verbo ad verbum legenda, sive Instru- menta fuerint, sive Attestationes (5.) subjugenda Sententia priorum Judicium, & indicandum, quod ab ea appellatum sit. (6.) Pon- deranda Gravamina, quæ Appellans lite contestatæ produxit, & eo- rum Membra principalia, cur priore Sententiâ Appellans se grava- tum existimet, recitanda. (7.) Exceptiones, Repliæ, Duplicæ, & Conclusiones, cum suis Allegationibus, licet nihil Novi in Instan- tia Appellationis fuerit deductum, & allegatum. Tandem (8.) à Referente Votum suum addendum. Et quia plerumque Libellus Ap- pellationis simul Nullitatem & Iniquitatem prioris Instantiæ, sive Sententiæ continet, solet is Votum suum secundum communem usum in duas partes distribuere, ponderando Nullitatem prioris Instan- tiæ, & Iniquitatem, quæ plerumque per has Questiones subse- quentes discutitur. PRIMO, Qualis Actio in Prima Instantia intentata. SECUNDO, An Intentio Actoris sit probata. TER- TIO, Num Actoris Intentio (si forte probata sit) per Exceptiones Rei sit elisa. QUARTO, Si & Repliæ Actoris intervenerint, an illæ perinant Exceptiones. QUINTO, Quæ Sententia, & Expensæ. Ubi autem & hoc sciendum, notandumque est, unam questionem in plures deduci posse, pro altiore indagine, & certiore veritate; ita ut per Juris Fundamenta in utramque partem exami- nadæ veniant. POSTREM O, Solutis contrariis Juribus, iisque inter se conciliatis, Referens suam dicat Sententiam, & quid pro- nunciandum sit, concludat.

Vocabulum Instantiæ Secundæ, quod in hoc & Aphorismo 2. hujus Sectio- nis, ut & Aphorismo 4. Sectionis III. usus sum, Judicium Appellationis, & eas Instantias, in quibus alia remedia adhibentur, quibus prior Senten- tia corrigi potest, denotat, Stypmann. de Referendar. cap. 6. num. 70. Struv. Jurisprud. Roman. German. Forens. lib. 4. tit. 17. per tot. Quippe non solum in proximè Superiori Judicio, remedio Appellationis, sed etiam aliis beneficiis Juris cùm in Inferioribus tum Superioribus Judiciis Sententia ab

ab eodem Judice lata, pro ratione diversorum remediorum, à parte gravatâ propositorum, mutari potest. Quanquam inficias haud eo, regulariter Secundam Instantiam dici Judicium Appellationis, sive Judicium superius, in quo prior Sententia à Superiori Judice corrigitur. Est autem PRIMUM remedium, quô prior Sententia etiam emendari potest, Nullitas Sententiae, quae dicitur vitium & defectus ejus, quô ob transgressionem Processus & Solennitatum, nullius roboris ac momenti habetur, l. 2. & 3. ff. qua Sentent. sine Appellation. rescind. Vant. de Nullitat. ex defect. Process. & Sentent. num. 1. Rosbach. Prax. Civil. tit. 72. num. 1. Aliàs etiam dicitur Provocatio, quâ Judex Superior ad Processum in priori Instantia nulliter institutum, aut Sententiam ab Inferiori Judice latam rescindendam imploratur, Blum. Process. Camer. tit. 66. num. 1. Et hæc Quærela Nullitatis tam coram eodem Judice Inferiori, à quo commissa, quâm coram Judice Appellationis proponi potest. Hodiè autem ex usu Fori ubique ferè obtinet, ut Judex Appellationis, & sic Superior, super Nullitate principaliter cognoscendâ adeatur, Blum. dict. loc. num. 24. & 25. SECUNDUM remedium est Supplicatio, quæ sunt preces à condemnato oblatae Judici, à quo aliàs appellari non potest, ut Causam revideat, & Sententiam emendet. Vé Supplicatio est quædam Imploratio Superioris, adversus Sententiam, contra quam ordinarium Appellationis remedium non competit, Maranta in Speculo Aureo part. 6. de Appellation. num. 13. de Ordin. Judic. Rosbach. Prax. Civil. tit. 76. num. 1. Solus ergò Princeps seu Imperator, vel à quo appellare non licet, Causam Supplicationis audit, examinat & definit, tot. tit. Cod. de Precebus Imperatori offrend. Rosbach. dict. loc. num. 8. adde Martin. Rumelin. ad Auream Bullam Caroli IV. part. 2. dissertat. 2. thes. 19. Hahn. Dissertat. de Process. Judiciar. conclus. 58. Quod tamen usu non observatur. Nam tam in Cancellaria, quâm Judicio Aulico Hannoverano, etiam in iis Causis, in quibus Appellatio permissa, attamen cum respectivè expressâ aut tacitâ renunciatione beneficii Appellationis, Supplicatio admittitur, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cantzley-Ordn. tit. 30. §. 5. & 6. Apud Senatum Hannoveranum usu receptum, an gravatus velit beneficî Supplicationis ab eodem ad eundem uti, aut an à Senatu ad Judicium Aulicum Hannoveranum, aut Cancellariam electivè provocare velit. An autem Gravatus, si in Instantia Supplicationis succumbat, postea à Confirmatoria appellare possit, de eo quidem dubitari potest; sed ego puto, quôd ob eandem rationem in allegat. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Cantzley-Ordn. hisce verbis allatam, (Zumal den Rechten und der Willigkeit zu widerlaufft/ daß der einmal Condemnirte solch Beneficium Appellationis vorheg gehen/ vorerst

vorerst des Remedium Supplicationis sich gebrauchen / und dadurch nicht allein unsere Fürstliche Rath-Stube vergeblich bemühen / sondern auch seinen Gegenthilf in Weitläufigkeit und vielfältige Kosten führen / und abinatten / hernach aber ad semel præteritum ordinarium Appellationis beneficium seines Gefallens dem obliegenden Part zum höchsten Nachtheil greissen solte: sondern gleichwie solche eingewandte Supplicatio, so viel den Supplicanten betrifft / eine tacitam Renunciationem Appellationis würket und nach sich ziehet: Also wollen wir so wohl bey unserer Fürstlichen Cantzley als Hof-Gericht/ über dieser Verordnung stetig und fest gehalten haben.) Appellatio dene-ganda sit. Porro hinc etiam non intempestivè queritur, cum non solum ob specialia Privilegia Appellatio sit prohibita, verum etiam ab Imperatore (& quovis alio Superiore non recognoscente) provocare fas non sit; num saltem ab ejusmodi Principe male informato ad eundem melius informandum Subditis appellare permisum sit? Respondeo, quôd non, per Rationes, Leges, & Präjudicia à Rumelin ad Aur. Bull. Caroli IV. part. 2. Disserrat. 2. thes. 18. allegata, qui ibi latè hanc controver-siam deduxit. Aliud autem est, si Princeps extrajudicialiter ad Relationem sive Partis, sive Magistratus Inferioris, de Jure respondit, rescripsit, aut ipse judicavit, ac in Narratis aliquid falso suggestum fuerit; tum enim provocatur potius ad possibilem Calumniam, seu Errorem Relationis, quâm adversus Authoritatem Summi Principis, ac propter Ex-ceptionem Sub- & Obreptionis supplicatur magis, quâm appellatur, nec tanquam à Sententia iniqua, sed tanquam Principi obreptum esse. Cum non omne, quod coram Magistratu fit, Actionis Jure expeditur, Rumelin. dict. loc. Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 34. TERTIUM remedium est Restitutio in integrum, quando quis contra Sententiam ex capite minorenis ætatis, vel doli, vel ex absentiæ causa, vel ex clau-sula generali, si qua alia justa causa videatur, quis restituitur; de quo remedio pluribus agitur in l. 4. ff. & l. 2. Cod. de Restitut. in integr. Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 129. Quibus autem competat facultas re-stituendi, & ubi Restitutio petenda, vide Struv. Exercitat. 8. thes. 4. ubi dicit, quôd hodie cuilibet Jurisdictionem habenti competat quoque in integrum restituendi facultas. Et hæc peti potest, non solum coram Superiori, sed etiam coram eodem Judice, qui Sententiam tulit, confer. Blum. Process. Camer. tit. 57. num. 5. QUARTUM remedium est Leutera-tio & Oberleuteratio, quod in primis in Foro Saxonico obtinet, de quo Carpzov. ad Constitut. Angusti 19. part. 1. & in Process. tit. 17. Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 124. Rosbach. Prax. Civil. tit. 77. per tot. QUIN-TUM remedium est suscepitum iter, ad Pontificem vel Principem, nam hoc

hoc ipso in effectu videtur appellatum esse, cap. 52. X. de Appellation. cap. unic. X. de Clericis peregrinant. Idem, si quis Principem Inferiorem aedat, qui per viam Querelæ adiri possit, Lancellot. de Attentat. part. 2. cap. 12. ampliat. 16. num. 4. Brunnemann. dict. loc. num. 132. SEXTUM remedium est Petatio Reductionis ad Arbitrium Boni Viri. Est autem Reductio nihil aliud, quam pravi Arbitrii ab Arbitratore lati, ad Arbitrium Boni Viri redactio. Arbitrium autem Boni Viri dicitur, quod tale est, quale Bono Viro convenit, quod Rationi ac Justitiae est consentaneum, non vagum & indiscretum, sed sine dolo, seu latâ culpâ, & enorimissimâ lassione, Gail. lib. 1. observat. 150. num. 17. Itaque Petatio Reductionis ad Arbitrium Boni Viri est Provocatio, quâ Judex pro pravo & iniquo Arbitratoris Arbitrio ad suum æquum Arbitrium redigendo imploratur, Blum. dict. tit. 57. num. 7. De Reductionis origine, differentiâ inter Arbitrum & Arbitratorem, an ab Arbitratore appellari possit, quomodo cognoscendum, an quis Arbitrarius vel Arbitrator electus sit, à quo Judice hæc Reductio peti debeat, quando Reductio in Camera Imperiali admittatur, intra quod tempus peti debeat, an in Petitione Reductionis Summa appellabilis attendi debeat, & an denique à Judice Reductio, confirmante vel reformante Laudum appellari possit, vide allegat. Blum. dict. loc. SEPTIMUM remedium est Revisio, per quam ex iisdem Actis revisis de Justitia Sententia prioris cognoscitur, Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 118. vel Revisio est Provocatio, quâ Revisores ad Sententiam à Camera latam in melius formandam & corrigendam implorantur, Blum. dict. Process. Camer. tit. 79. num. 4. Locum autem habet in Camera Imperiali. Quâ ratione autem hæc Revisio sit introducta, tradit allegat. Blum. dict. Process. tit. 78. num. 1. & tit. 79. num. 1. 2. & 3. Rumelin. ad Auream Bullam Caroli IV. part. 2. dissertat. 2. à thes. 20. usque ad thes. 31. inclusivè, qui ibi eleganter exposuit hoc remedium. Cum hac autem convenire videtur Oberleuteratio, in Foro Saxonico, & quidem in Supremis Judiciis recepta, Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 128. plura de Revisione vide omnino dict. Blum. allegat. loc. OCTAVUM remedium est Syndicatus, sive Actio adversus Judicem, ob male latam Sententiam, ex Dolo, Fraude, Corruptione, Affectu, similibusve causis ad interesse, Brunnemann. dict. loc. num. 133. Blum. dict. loc. tit. 79. num. 37. Paris de Puteo, qui integrum Tractatum de hac materia script. Rumelin. dict. Dissertat. 2. thes. 32. quô remedio autem non tam prior Sententia corrigitur, quam tantum Actio datur. Quotupliciter autem alias Vocabulum Instantia usurpetur, vide Blum. Process. Camer. tit. 25. num. 68. & seqq. usque ad fin. Besold. Thesaur. Pract. in voce Instans. Calvin. Lexic. Jurid. in voc. Instantia. De

De Modo Referendi in Aphorisimo nostro tradito, vide Christoph. Schwanmann. Process. Camer. lib. 2. cap. 25. Gylmann. Symphorem. part. 1. in Tractat. Method. Process. Camer. ad fin. 3.

Aphorismus 16.

ALTERA RATIONE fit Relatio sequenti viâ, qui modus & forma plerumque observari solet. Nimirum (1.) ante omnia à Referente considerandum, an Procuratores habeant sufficientia Mandata.

Quemadmodum enim in Causis Simplicis Querele cura adhibenda est, ne qua Nullitas, ut suprà dixi, Processtus committatur, nec incorrecta relinquatur, & Sententia nulla proferatur: ita quoque in Causis Appellationum inter referendum animadvertendum est, ne quis defensus vel prætereatur, vel committatur, Christoph. Schwanmann. Process. Camer. lib. 2. cap. 25. Gylmann. Symphorem. part. 1. in Tractat. Method. Process. Camer. ad fin. Proinde primò omnium videndum est, utrum Personæ Procuratorum plenis & sufficientibus Mandatis Procuratoriis sint legitimatae, Visitat. Memorial. Judic. & Assessor. 1557. §. Und wann denen ic. 8. Petr. Denai. in Jur. Cam. tit. 260. §. 3. Quomodo autem Legitimatio sit comparata, ut & Mandatum Procuratorum formandum, vide Exeges. Aphorism. 5. hujus Section. ibique allegat. Autiores. item Fürstl. Braunschv. Lüneburg. Gangley. Ordnu. pag. mihi 185. 2.

Aphorismus 17.

Deinde (2.) consideranda Formalia Appellationis, & quidem an Jurisdictionis ejus, ad quem appellatum, sit fundata, & Appellatio intra Decendum interposita, & legitimo tempore introducta & justificata.

Cum ipsa Appellatio ad Judicem Superiorum devolvatur, & Superiori Judicii Jurisdictionem tribuat; omnino referendum erit, utrum ritè ac legitimè appellatum sit; quod ex Instrumento Appellationis, seu Actis Prima Instantia, & Protocollis, (num Fatalia interponenda Appellationis à die latæ Sententia, vel saltem notitiæ ritè observata fuerint, & Jurisdictionis Judicis Appellationis immediate Superioris fundata sit) facile apparebit, Gylmann. dict. loc. Schwanmann. dict. loc. Num autem Fatalia introducenda & justificanda Appellationis neglecta fuerint, id ex Supplicatione pro decernendis Processibus Appellationis, horum que

que Processuum Reproductione & Justificatione deprehendi potest. Et quidem, si defectus appareat, pronunciari solet: *Dass die Sache daher nicht erwachsen / deswegen nicht anzunehmen* &c. auch der N. den T. deshalb aufgelöfene Inkosten zu erstatten schuldig &c. Besold. *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes. 2.* Nam Desertionis effectus est, ut Appellatio habeatur, ac si nunquam interposita fuisset. Et licet Appellatus compareat, hanc Desertionem non opponat; tamen, ad evitandam Nullitatem insanabilem, Judex hanc Desertionem ex Officio attendere superque ea pronunciare debet, Gail. lib. i. observat. 137. num. 1. Mynsing. centur. 3. observat. 22. à princ. Blum. *Process. Camer. tit. 55. num. 18. & 19.* Brunnemann. *Process. For. cap. 28. num. 101.* Plura, de Fatalibus & Desertione Appellationis, invenies apud allegat. Blum. tit. 49. & tit. 55. per tot. & 2. Brunnemann. *dict. cap. 28.* Quoniam autem in Aphorismo nostro dixi, Appellationem non solum introducendam, sed & justificandam esse, hic monoendum, quod hodiè nec in Camera, nec alibi Fatalia finienda, sed tantum introducenda & justificanda Appellationis observantur, Brunnemann. *dict. loc. num. 90.* nisi in iis Locis & Judiciis Inferioribus, ubi Jus Commune forsan adhuc servatur, aliud receptum sit: nam tunc à Camera, si non sint observata Fatalia finienda Appellationis, tanquam deserta Appellatio non admittitur, Blum. *dict. tit. 49. num. 35.* Quare etiam in Judiciis Principum hodie Appellatio, cum intra legitimum tempus à die interpositæ Appellationis computandum introducitur, & simul justificatur, pro deserta declarari non solet, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. *Cangley-Ordn. tit. 2. §. Ein jeder* &c. 3. Quod, ut dixi, etiam in Camera observatur. Nam in Camera Imperiali pro deserta non declaratur, si Fatale introducenda & justificanda Appellationis legitime & ritè fuerit observatum. Quod est certum spatium aliquot Mensium, à die interpositæ Appellationis proximorum, intra quod Appellans Processus Appellationis proximorum à Camera impetratos, Reoque insinuat, in eadem Camera cum Libello Appellatorio in Primo Termino, sub præjudicio Desertionis reproducere cogitur, Blum. *dict. tit. 49. num. 23. & seqq.* Hahn. *Dissertat. de Process. Judiciar. conclus. 16.* Formulam autem introducenda & justificanda Appellationis, per Recessum in Camera hodiè proponendam, tradidi jam ex Blumi Proces. Camer. tit. 67. num. 69. in Exeges. Aphorism. 3. Section. V.

Aphorismus 18.

Relatis Formalibus, fundatâque Jurisdictione, ad quem, (3.) Factum, & Status Causæ ex Libello & Actis Primæ Instantie à Referente exponi debet.

Quomodo Factum & Status Causæ sive Controversia ex Libello & Actis Primæ Instantiae erui & proponi debeat, *språ hæc Sectione uberiùs exposui.* Itaque, ne actum agere videar, breviter hic tantum indicabo, quod commodiùs hoc fieri non possit, quam si & hæc secundum Requisita intentatæ Actionis, ut in Causis Simplicis Querelæ, procedatur, & deinde Gravamina atque Probationes partis appellantis, deinde etiam Appellati Defensiones & Exceptiones, trutinâ Justitiæ fideliter librentur. Ex hisce enim per se elucescat, qualiter Controversia Partium, denuo per Appellationem resuscitata, definienda sit, Besold. *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes. 6.* Ratio autem est, quod Appellans, in Actis Primæ Instantiae, & ita per Sententiam in Prima Instantia latam, se gravatum, fundet. Idcirco omnino ex iis Factum & Status Controversiae eruendus & proponendus, antequam Referens priorem Sententiam justam aut iniquam, aut nulliter latam pronunciare queat.

Aphorismus 19.

Factò, & Statu Controversiae dictò modò expositò, (4.) Materialia, sive Gravamina Appellationis, hoc est, in quibus Punctis Appellans se gravatum sentiat, & an juxta naturam Beneficii Appellationis Appellans plus deduxerit, & Nova allegarit, & an illæ Novæ Causæ sint relevantes, ut ex iis prima Sententia, (quod ex Gravaminibus, eorumque Deductionibus facile dijudicare potest,) reformari debeat, bene consideranda & observanda.

Beneficium Appellationis propterea inventum est, ut sit præsidium Innocentia, levamen ac juvamen Oppressorum, commune damnatorum auxilium firmissimum remedium ad iniquitatem Judicantium detegendam, Rumelin. *ad Auream Bullam dissertat. 2. thes. 1. pag. mihi 274.* & ut Gravatus per Sententiam ablata, vel in quod laesus fuit, recuperare, & non allegata allegare, non probata probare queat. Quare diligenter perquirendum est, quid in Secunda vel Tertia Instantia, si ita causa ferat, à Partibus ultra ea, quæ in Prima Instantia deducta fuerunt, de novo allegatum & probatum sit. Item, utrum Nova Causæ adeò sint relevantes, ut ex iis prima Sententia à Superiore Judge reformari & possit & debeat, Christoph. Schwanmann. *Process. Camer. lib. 2. cap. 25. num. 2.* Gylmann. *Syphorem. Supplicat. part. 1. in Tractat. Method. Proces. Camer. ad fin.* Hæc autem Materialia sive Gravamina Appellationis, ad Merita Causæ Principalis & Sententiam respicere debent; unde etiam Justificatio Cau-

Cause Appellationis ex Actis & Probationibus facienda, & consequenter Decisio, an prior Sententia confirmari vel infirmari possit, ex iisdem Actis & Probationibus sumenda. Quod autem limitatur in Appellatio à Definitiva: nam in eo casu Justificatio etiam ex novis Probationibus fieri potest, ab Interlocutoria vero Appellatio non itidem, sed ex antiquis Actis justificari debet, Rosbach. *Prax. Civil.* tit. 73. num. 35. & 36.

2. Hodie, si Appellans aliquid Novi allegare velit, debet se ad Juramentum offerre, per Noviss. *Recess. Imper.* 1654. §. Wie ebenmäig ic. 73. ibi: *Daz der Appellant bey Einführung des Proces sich zum End erhielen/ und denselben dergestalt zu leiffen vor allen Dingen schuldig seyn soll: Daz er seines angegebenen neuen An- und Vorbringens in Erster Instanz nicht Wissenschaft gehabt / oder solches dermaßen nicht einbringen können/ oder einzubringen nicht vor dienlich oder nothig geachtet/ nunmehr aber davor halte/ daz solches alles zu Erhaltung seines Rechtens dienlich und nothwendig seye.* Quod Juramentum etiam per Advocatum praestandum, dict. *Recess. Imper.* 1654. §. Zumalen aber jüderzeit ic. 118. adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. *Cantley-Ordn.* tit. 30. §. Und weisen das Beneficium &c. 9. Ut autem Judex Secundæ Instantiæ scire possit, in quibus Punctis Appellatio facta sit, in dicto Recessu etiam hoc expressum, ut Appellans tria teneatur exprimere in introducenda Appellatione: (1.) In quo se gravatum putet, (2.) Quid melius sit probaturus, (3.) Quid novi sit allegaturus, idque in tot Copiis offerat à Protonotario confirmatis, quòd sint Appellati, §. Zu Beförderung des Processus ic. 64. ibi: *Goll hinfür in Appellation-Sachen das wässchweifige articulirte Libellum ebenmäig abgestellt seyn: und ein jeder Appellant hinfür seine Gravamina Appellationis jedesmal / summariter und Puncten-weise verfasset / gleich mit der Supplication pro Processibus übergeben / darinnen ic. absonderlich (1.) worin er sich beschweift erachte / (2.) was er besser zu beweisen / oder (3.) von neuem vorzubringen gedende / anzeigen: und solche seine Gravamina oder Appellations-Ursachen denen Appellaten in so viel beglaubten Copien, als der Cantlen seynd / insinuiren lassen. junge supra allegat.* Fürstl. Braunschw. Lüneburg. *Cantley-Ordn.* tit. 30. Von Supplicationen von eröffneten Urtheilen. §. Gleichwie aber ic. 7. Sciendum autem, quod si Appellans, Justitia Causæ sua confusis, nihil novi se allegaturum dicat vel probaturum, sed referat se tantum ad Acta Primæ Instantiæ, & profiteatur, se velle rem cognosci ex Actis Primæ Instantiæ, sit Appellant omnino licitum, Brunnemann. *Process. For. cap. 28. num. 75.* Idem etiam concessum Appellato, nec tenetur ille, Libelliō Appellationis seu Scriptō Justificatoriō respondere, quando se refert ad Acta prioris Instantiæ, *L. ult. Cod. de Appellat.*

*pellation. Ordinat. Camer. 1555. part. 3. tit. 33. §. 5. Recess. Deputat. 1600. §. So soll auch ic. 10. Quod autem in Noviss. *Recess. Imper.* 1654. §. Auch in Fällen ic. 71. ad eum casum restringitur, quando Appellans tantum se gravatum dicit, sed ulteriore Probationem, relevantem tamen, non offert, nec novi quid allegat, nani alias Appellant Probatio ulterior denegari nequit, Brunnemann. dict. loc. num. 75.* Porro notandum, quod interdum Iniquitas Sententias cum Querela Nullitatis cumuletur, interdum quoque tantum Querela Nullitatis principaliter in Judicium ducatur, Mynsing. centur. 4. observat. 3. Dicitur autem Nullitas principaliter in Judicium deduci bifariam: (1.) Quando illa sola absque interposita Appellatione proponitur, hoc est, si dicatur, Sententiam vel Actum seu Processum esse nullum, ejusque rescissio petatur, absque ulla mentione Appellationis, Blum. *Process. Camer.* tit. 56. num. 9. Mynsing. centur. 5. observat. 91. num. 2. Et hoc modo Nullitatis Querelæ principaliter intentata effectus est, ut totam causam & principale negotium ad Judicem Nullitatis devolvat, ita ut super Meritis Causæ cognoscere, ac Sententiam reformare vel confirmare etiam ex nova causa & novis Probationibus possit, Gail. lib. 1. observat. 127. num. 1. Blum. dict. tit. 56. num. 18. Besold. *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes.* 3. Petr. Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 3. cap. 11. num. 23.* & tunc hoc modo, si Nullitas principaliter deducitur, peti solet: *In Recht zu erkennen und aufzusprechen/ daz übel und nichtig procediret und geurtheilet; que Formalia etiam in Sententia repetuntur,* Blum. dict. loc. num. 14. Si itaque defectus aliquis, non in Sententia solum, sed & in Processu prioris Instantiæ appareat, veluti si omnia ita sint confusa (utpotè Libellus si sit ineptus, Acta item manca & imperfecta, ita ut Judex ex iisdem animum suum informare non possit, tunc non tantum reformari prior Sententia, sed etiam pronunciari solet: *Daz nichtiglich geurtheilet / und überflüssig davon appelliret/ auch wo die Partheyen einander ferner Spruch und Forderung zu entlassen nicht gemeynet / daz sie solches gebührender machen / und an gehörigen Ort (aut etiam coram Judice ad quem, quam Formulam vide apud Brunnemann. *Process. For. cap. 28. num. 19. in fin.*) zu thun schuldig seyn sollen.* Gail. lib. 1. observat. 42. num. 7. Et tali casu plerumque Partibus injungitur, ut ibidem in principali causa de novo procedant: quandoque etiam appendix illa silentio prætermitti solet, Gail. dict. loc. Besold. dict. loc. (2.) Deducitur Nullitas principaliter in Judicium etiam Appellatione desertâ, Gail. lib. 1. observat. 135. num. 6. Mynsing. centur. 5. observat. 91. num. 6. Brunnemann. *Process. For. cap. 28. num. 109. circa fin.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandatis lib. 3. cap. 11.* Blum. dict. tit. 56. num. 12. & 26. Cumulatio autem

autem Iniquitatis & Nullitatis quoque fit dupliciter, [1.] quando Quærela Nullitatis principaliter & conjunctim cum Appellatione, & quidem hoc modo alternativè proponitur: dico Sententiam esse nullam, aut faltem injustam, Brunnemann. dict. loc. num. 109. Dass vom Richter voriger Instanz mit gesprochenem Urtheil wo nicht nichtiglich jedoch übel geurtheilet. Besold. dict. Dissertat. thes. 4. vel hisce fere Formalibus fieri solet: In Recht zu erkennen und aufzusprechen dass wo nicht nichtiglich jedoch widerrechtlich; vel copulativè: Dass nichtiglich und widerrechtlich (übel) geurtheilet sey. Et tunc Judex, si tam Iniquitatem, quam Nullitatem simul inveniat, pronunciat: Dass nichtig - und widerrechtlich (übel) geurtheilet überflüssig und wohl davon appelliret. Sin autem duntaxat Iniquitatem offendat, pronunciat: Dass widerrechtlich (übel) geurtheilet wohl davon appelliret. Blum. dict. tit. 56. num. 13. [2.] Cumulatio Nullitatis & Iniquitatis fit quasi tacite, si solummodo Appellatio, mentione Nullitatis planè non factâ, proposita sit. Nam tunc Appellatio quoque devolvit Nullitatem, adeò, ut Judex Superior eam ex officio attendere beat, licet ab Appellante non sit allegata: quoniam Nullitas in causa Appellationis venit incidenter, etiamsi de ea nulla mentio facta sit, Gail. lib. 1. observat. 127. num. 2. idque ideo, quia sub verbo: Appello: simpliciter prolatio, Nullitas tanquam connexum includatur, Mynsing. centur. 2. observat. 77. num. ult. Mindan. dict. loc. num. 23. Et hoc procedit, si dicta Sententia est Definitiva: nam si ab Interlocutoria appellatum; tunc duntaxat Gravamen in Appellatione expressum, non autem Nullitatem devolvit, Gail. dict. observat. 127. num. 4. Blum. dict. tit. 56. num. 20. Quare si Judex Nullitatem insanabilem in Sententia Definitiva inveniat, ut ita Sententia sit de Jure nulla, absque ulla Appellatione rescindenda, quia hoc casu Appellatio superflua, sequenti Tenore pronunciare assolet: Dass nichtiglich geurtheilet überflüssig davon appelliret/ derowegen solche Urtheil für null und nichtig zu declariren. Blum. dict. loc. num. 13. Unde etiam ex usu Cameræ in duas partes distribuitur Referentis Votum, considerando (1.) Nullitatem prioris Instantiæ, (2.) Iniquitatem, Gail. lib. 1. observat. 77. Non facile tamen Sententiam propter Nullitatem rejicere, sed in causa principali Appellationis, si de ejus Meritis constet, pronunciare debet, Ordinat. Camer. 1555. part. 3. tit. 34. Gail. lib. 1. observat. 47. Mynsing. centur. 1. observat. 27. & centur. 5. observat. 93. Besold. dict. Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes. 4.

Apho-

Aphorismus 20.

Post Collationem Causarum, Gravaminam, & Jurium Partium, Referens (s.) dicat suam Sententiam nempe, quid & quomodo pronunciandum. Puncta incidentia, in Procesu, silentio prætereat, ne actum agat, & cum fastidio prolixius sit, moneat solum, ea puncta jam pridem esse decisa. Ponderet tamen ea puncta incidentia singulari Judicio, ne sua Sententia nunc primum ferenda ac publicanda aliquo præjudiciò prius latè Interlocutoriæ prematur vel contrarietate notetur.

De conceptione Sententiae Primæ Instantiæ, jam suprà hanc Sessione 1. dictum, quæ etiam in Sententia Secundæ Instantiæ observanda. Attamen ad hoc indicandum, quod Judex de eo solummodo possit cognoscere, de quo cognovit Judex, à quo nisi per consequentiam aliquid accedit, quod cum causa à Judice à quo cognita connexum est, ut Usuræ, & Interesse, de his enim Judex Appellationis etiam pronunciare potest; licet de his nihil dictum fuerit in priore Sententia, Carpzov. part. 1. constitut. 20. definit. 21. & quidem de eo tantum puncto Sententiae à quo appellatum, nisi Capitula sint connexa, atque unum sine alio cognosci non possit, Brunnemann. Process. For. cap. 28. num. 101. ut Nullitas Sententiae &c. de qua in Exeges. præcedent. Aphorismi mentionem fecimus. Causa autem definienda non est ex Constitutionibus, quæ post priorem Sententiam promulgatae, sed ex illis Legibus, quæ tempore prioris Sententiae obtinuerint, Novell. 115. cap. 1. v. gr. ad alterum tantum per Novum Statutum restringuntur Usuræ antea indefinitæ, vel Monetae valor mutatus. Nec enim queritur, qualis esset Sententia nunc ferenda, sed qualis fuit, cum lata esset. Sic etiam Judex Appellationis debet judicare secundum Statuta Loci, ubi lata prior Sententia, Heig. part. 1. quest. 4. num. 4. Brunnemann. dict. loc. num. 102. & pronunciet justam vel injustam esse Sententiam priorem, male vel bene appellatum, l. 6. princ. Cod. de Appellation. quod tamen verbis æquipollentibus fieri potest, Brunnemann. dict. loc. num. 103. Si autem priorem Sententiam etiam honoris causa tantum declarat, hoc Confirmationi prioris Sententiae magis accedit, Carpzov. dict. constitut. 20. definit. 27. & hæc adhiberi solet Formula: Dass die Appellation in ihren Formalien beständig und zu gebührender Rechtsfertigung an uns erwachsen. Der Materialien halber erscheinet aus den Acten so viel, dass in voriger Instanz wohl gesprochen, und übel appellirt, jedoch mit dieser Erklärung, dass ic. dazu diese Sache an vorigen Rich-

Richter hinwiederum zu remittieren / inmassen wir dieselbe hiermit dahin remittieren und weisen / von Rechts wegen. Carpzov. *Process. Jur. tit. 18. artic. 6. num. 75.* Ubi tamen notandum, Sententiam Judicis à quo, interdum solum reformari, cum scilicet non in omnibus Punctis infirmatur, vel roboratur. Ac potest item Sententia per Judicem ad quem, pro parte nulla declarari, Vivius lib. 1. *decis. 53.* Besold. *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes. 6.* quare ita pronunciari solet: Daz die Appellation ihrer Formalien halber beständig / und zu gebührender Rechtfertigung an uns erwachsen. Die Materialia belangend / ist aus den Aeten so viel zu befinden / daz ic. So viel aber die übrigen Klag-Punkten anlanget / derowegen ist in voriger Instanz wohl gesprochen / und übel appelliret / und demnach diese Sache an den vorigen Richter zu verweisen / und wir sie dann dahin remitten und weisen / V. R. W. Carpzov. *dict. loc. num. 81.* Porro & accidit non raro, ut Formalia Appellationis non sint justificata, & nihilominus Litigantes in ipsis processerint Materialibus, ex quibus de Veritate ac Justiciâ Sententia prioris constare potest; ubi sanè prudenter Judex Superior Sententiam Primæ Instantiae confirmat, reliquis in dubio Formalibus, an subsistant, vel non. Hinc Formula Sententiae: Wenn gleich die Appellation in ihren Formalien nicht beständig / so erscheinet doch der Materialien halber aus den Aeten allenthalben so viel / daz in voriger Instanz wohl gesprochen / und übel davon appelliret: Derowhalben die Sache an den vorigen Richter hinwiederum billich verwiesen wird; inmassen wir dieselbe hiermit dahin remittieren und weisen / V. R. W. Carpzov. *dict. loc. num. 85.*

Aphorismus 21.

*Tandem (e.) etiam à Referente in Appellationis Sententiâ Ex-
pensarum ratio habenda, & super Accessoriis pronunciandum.*

1. Judicem Superiorum super Accessoriis etiam Sententiam ferre posse in Exeges. præced. Aphorismi jam dictum. Idem etiam in Expensarum vel Condemnatione, vel Absolutione, vel Compensatione observandum. Quippe Appellans victus indistincte Victori in Expensas condemnandus est, & omnes justæ Expensæ sunt adjudicandæ, cap. 5. de dol. & contumac. Gail. lib. 1. *observat. 152.* Mynsing. centur. 2. *observat. 89.* Carpzov. *Process. Jur. tit. 18. artic. 6. num. 13.* Appellatus autem victus non condemnatur in Expensas, sed Expensæ compensandæ, Besold. *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia thes. 7.* nisi ex prioribus Actis condemnatur. Nam tunc videtur error Juris esse commissus, Brunemann. *Process. For. cap. 28. num. 106.* Deserens verò Appellationem nullâ ratione à Refusione Expen-

Expensarum se poterit excusare, Besold. *dict. loc.* Et si Appellans etiam renunciet Appellationi, & res non sit integra, sed aliquos Sumptus fecit Appellatus, Expensas illi restituere debet Renuncians, cap. 70. §. ille denique. 2. *X. de Appellation.* Scaccias tradit. de Appellation. quest. 17. limitat. 2. num. 124. Alias Poena temerè Appellantium Jure Civili est 50. Librarum Auri, l. 6. §. 4. *Cod. de Appellation.* Jure Canonico verò arbitraria, cap. 59. X. eod. tit. Carpzov. part. 1. *constitut. 20. definit. 29.* in Novissimo Recessu 1654. dispositum §. Würde sich aber / Achters / ic. 119. ut temerè Appellant Poena temerè Litigantium exasperata dictetur; item ut temerè Appellans in duas pluresve usque ad 20. Marcas Auri condamnetur, vel etiam Corporali Poenæ subjiciatur in §. Und nach dem allem / Neuntens / ic. 120. Hæc plerumque in referendo attendenda, cetera, quæ Advocati ad fal-lendum Judicem, & deducendum à scopo, solent callidè immiscere, sequestranda, & quasi non dicta essent, habenda sunt. Si quæ etiam reperiuntur alia, ad causam non facientia, omittenda sunt, ne utile per inutile vitetur, & longis Scriptis causa involvatur, & dubia reddatur, Stypmann. *de Referendar.* cap. 6. num. 64. & 65. Exempla Relationum in Causis Appellationum reperies in *Syphorem. Supplicat.* Gylmann. Quomodo autem in Causa Criminali Relatio sit facienda, tradit Besold. *dict. Dissertat. de Modo Referendi in Causa Criminali in fin.* Quomodo etiam in Causis Feudalibus, exponit Gylmann. *Syphorem. Supplication. part. 1. in tractat. method. Process. Camer. ad fin.* quò me remitto.

Aphorismus 22.

Huc usque PRIMA PARS Formæ Relationis, quomodo à Referente tam in Prima, quam Secunda Instantia Acta perlegenda, & Relatio, sive Narratio ex Actis confianda. Restat nunc AL-TERA PARS Formæ Relationis, quomodo nimirūm Actus Referendi in Judicio sit instituendus & perficiendus, ut certa Sententia à toto Collegio ex Relatione conficta concipi queat. Quippe ab eo actu dicitur formaliter Relatio Judicialis, quia in Judicio perficitur.

Forma dat esse rei, & conservat eam in esse, quapropter etiam Relatio, nisi ab altera parte Formæ Relationis, vide Aphorism. 1. hujus Section. tanquam ab ipso Actu Referendi in Judicio, secundum Leges præscriptas, aut Stylum Curiæ perficiendo, Judicialis dici nequit. Nam ex eo differt Relatio Judicialis ab Extrajudicialibus Relationibus.

Aphorismus 23.

Actus autem Relationis consistit [r.] ut Judicium rite constitutur, & totum Collegium regulariter congregatum sit.

1. In Camera Imperii Serenissimus Dominus Judge (si praesens est) atque Perillustres Domini Praesides atque Assessores singulis diebus, nisi dies feriatus incidat, horis matutinis in loco Consilii, in der Rath-Stube/ convenire solent; ubi Augustum hoc Collegium pro maturandis Causarum Deliberationibus in QUATUOR SENATUS se dispescit, DUOBUS in hoc Conclavi manentibus, DUOBUS in aliud, die Visitations-Stube/ secedentibus. In uno Senatu ad Preces seu Supplicas Partium Decreta concipiuntur, & Processus vel decernuntur, vel denegantur. In reliquis TRIBUS SENATIBUS Relationes Causarum auscultantur & examinantur, Sententiaeque formantur, Joh. Andreas Gerhard in gründlichen Unterricht von beiden höchsten Kaiserl. Reichs-Gerichten cap. 4. discurs. 4. §. 1. In Sententiarum Definitivarum autem Conceptione, non pauciores cum Praeside, quam sex vel septem; Interlocutoriarum verò pro magnitudine causæ tres, quatuor, vel quinque Assessores interesse debent; in Taxatione Expensarum duo vel tres; atque in Expeditione Supplicationum tres Assessores sint praesentes, Blum. Process. Camer. tit. 75. num. 36. Et, si ob gravitatem causæ ita Referenti visum fucrit, Judge illis unum aut duos Assessores adjungat. Et si quidquam valde dubii incidat, plures quoque adsciscantur, vel etiam causa denique in pleno, hoc est, in Confessu omnium decidatur, Blum. dict. Process. Camer. tit. 7. num. 102. Gerhard. dict. loc. In Consilio Aulico Imperatoris hæc omnia aliter. Conveniunt nimirum Illustrissimus Dominus Praes, & Consiliarii Imperiales Aulici, quatuor in Septimana diebus, horis matutinis, in Palatio Cæsaris, in loco consueto, in der gewöhnlichen Reichs-Hof-Rath-Stube / ubi omnes uni Tabulae adsident, nec nisi in levissimis causis in diversa Collegia aut Senatus segregantur, Neue Reichs-Hof-Rath-Ordn. 1654. tit. 1. §. Es sollte auch ic. 14. ibi: Und sollte auch unser Præsident, es wäre dann in gar geringen Sachen/ sie/ unsere Räthe/ in keine absonderliche Collegia abtheisen. Nullus igitur ibi Senatus Supplicationum, ut in Camera, sed omnes Supplications aut Memorialia in pleno Confessu leguntur, & Decreta concipiuntur, dict. Reichs-Hof-Rath-Ordn. tit. 3. §. Wann nun ic. 15. ibi: Dieselbe Memorialia, in welchen um neue Proces angescucht wird / im ersten Rath-Giz ablezen lassen.
2. In Judicio Aulico Hannoverano etiam in Pleno, si graves causæ referendæ sint, Relatio facienda, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordn.

Ordn. tit. 65. princ. Und wann die Rechts-Sachen / darin definitiv, oder zu einer wichtigen Interlocutorien- und Hof-Urteil beschlossen / obgeschriebener gestalt im gemeinen Hof-Gerichts-Rath referiret werden. Item tit. 64. §. In Sachen Erster Instanz und Rechtfertigung / darin definitive und endlich beschlossen / soll derselbe Referent im gemeinen Hof-Gericht zuforderst vermelden ic. Item §. Damit auch ic. ult. Ex quibus patet, quod regulariter totum Collegium in causis gravissimis congregatum esse debeat. Et de Jure Civili in tantum procedit, ut ne unus absens esse queat; alias ceteri non possint judicare, l. 39. ff. de re judicat. quippe omnes judicare jussi sunt, dict. l. 39. Et ampliat hoc Jason. in l. 28. ff. de re judicat. ut idem obtineat, etiamsi contumaciter tempore ferendæ Sententia adesse nolit, licet toto tempore cognitionis interfuerit. Quod autem olim rationem habebat, cum Judices dabantur à Prætore certo Numero & Formulâ, ut adeò ultra Acta non valerent, Stypmann. de Referendar. cap. 1. num. 33. & seqq.

Aphorismus 24.

[2.] Ut justo Ordine ac Tempore Causæ ad Referendum traditæ quidem in Scripto, vel vivâ Voce, secundum Stylum Curie à Referente proponantur.

Juxta Stylum Camerae Acta Causarum prius conclusarum, præcis referenda, atque expedienda sunt, & quidem eo ordine, quo Referenti distributa sunt, nisi causa Spolium concernat, vel alias Privilegiata, aut ex Causis Collegio approbatis ceteris præferenda sit, aut Periculum sit in mora. Ad Causas Privilegiatas quoque pertinent Causæ fractæ Pacis, & Executionis, quæ præ ceteris maturandæ veniunt. Graves Causæ Exemptionum quoque ante omnes expediendæ, leviores verò atque alias Fiscales, in quibus interlocutoriè submissum, ante causas privatas quovis die Sabbathi expediri debent. Quod etiam obtinet in Causis Collegiarum Imperii, atque Contributionum Turcicarum, Blum. Process. Camer. tit. 75. num. 28. In Judicio Aulico, quod est Hannoveræ, Causæ, in quibus definitivè submissum, & qua graves existimantur, prius in pleno Consilio referendæ, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordn. tit. 64. §. ult. Damit auch hinsichtlich keiner Relations zurückbleiben / so fallen hiernebst dieselbige / derjenigen Sachen / darinnen definitive geschlossen / und andere wichtige Sachen vorerst vorgehen / und mit solchen die Relation angefangen werden. Und wann die vornehmsten und wichtigsten Sachen zuforderst also in pleno Consilio referiret / die Assessores die übrige geringe Submissions und Puncten expedieren und verrichten. Tempus Referendi quod atti-

- attinet, in Camera generaliter omnes Causæ, in quibus definitivè seu interlocutoriè submissum, debito tempore per Sententiam expediantur. Et quidem Acta, in quibus leves Submissiones factæ, statim post eas factas expediantur, id est, ad proximam Audientiam. Interlocutoriæ verò, in quibus non solum Inspectione Judicialis Protocolli, sed Actorum totorum, vel illorum partis opus, post eorundem acceptationem ultra octo vel quatuordecim Dies, aut longissimum unum Mensem, Assessores penes se non retineant, nisi Causas Judici indicent, quare Relatio intra dictum tempus fieri nequeat. Si gravis Interlocutoria, Submissio in Senatu Interlocutoriarum, in quo Ordo Referendi tardè circumvolvit, referenda, levis Submissio interea incidunt ad matrandam causam in Sabbathinis expedienda. Definitivas quod concer-
nit, quamquam causæ dissimiles, inque iis per omnia certum tempus præfigi commodiè nequeat; tamen quantum quovis modo fieri potest, quælibet causa intra sex Menses, post factam Conclusionem expedienda, Blum. Proces. Camer. tit. 75. num. 29. De Stylo Judicii Aulici Hannoverani, Assessor ex Actis ante discessum ad referendum à Secretario traditis, abs-
que ulla tergiversatione suam Relationem in proximè sequenti Judicio perficere debet, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 64. §. So bald in einiger ic. ibi: Die Assessores auch wann sie vom Hof-Gericht wieder nach Hauß ziehen wollen / solches dem Secretario einen Tag oder zwene zuvor anzeigen lassen / damit sie mit Acten zum nähern hinwiederum versehen werden / und vor Empfahrung der complirten und ihnen ad referendum zustellenden Acten nicht weg reisen / sondern dieselbe mit sich nehmen / und auf das nächstfolgende Hof-Gericht gewiñlich referiren ic. Re. &
3. Correlationes autem Actorum tam in Camera, quam in Consilio Au-
lico, vel in scripto, vel vivâ voce proponuntur: in Causis tamen Defi-
nitivis ut plurimum in scripto. Et expresse id dispositum in der Neuen
Reichs-Hof-Rechts-Ordnung 1654. tit. 4. §. So bald nun ic. 17. in fin. ibi:
So dann jede Definitiv-Sache schriftlich re- und correferiret werden. Utque
temporis compendium in referendo habeatur, Relationes non distan-
tur, sed tantum leguntur, Recess. Imper. de Anno 1654. §. Den Modum Refe-
rendi belangend ic. 143. Gerhard. gründl. Unterricht ic. dict. discurs. 4. cap. 4.
§. 3. In Judicio Aulico Hannoverano Relationes narrative proponun-
tur, Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 64. §. In Sachen
Erster Instanz ic. & §. Darnach soll der Referent &c. cum seqq. quod autem
hodie non observatur, sed etiam Relationes in Scriptis debent offerri.
4. Porro Referens in Camera Imperiali Protocollationem, sive Extractum & Relationem Actorum ita festinet, ut illa Acta Correferenti mature & qui-

quidem intra Mensem usque ad initium Relationis superstitem tradan-
tur, Recess. Imper. de Anno 1654. §. Diesem nebst ic. 145. nec Referens de
suo Correferente tempus inquirat. Relationem conceptam, non ex
ipsis Actis, sed suo Actorum Extractu seu Protocollo referat. Relatio-
nem inchoaturus paucis verbis præmittat, super quo submissum, & quæ
sint Merita Causæ, cum annexis, Recess. Imper. 1654. dict. §. 143. Blum. Pro-
cess. Camer. tit. 75. num. 30. Relationesque semel cooptæ uno contextu fini-
antur, nec alias intermisceantur, ob impedimenta sic non finitæ, illis
sublati continentur, Blum. dict. loc. num. 32. In Judicio Aulico Han-
overano statim Relatio ipsa à Referente concepta in iis causis, in quibus
definitivè submissum, ab que Præloquo instituitur, Fürstl. Braunschw.
Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 64. dict. §. In Sachen Erster Instanz ic.
In causis verò ad Interlocutoriam submissis, aliud statutum videtur,
Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 64. §. Über in Sachen
Erster Instanz ic.

Aphorismus 25.

[3.] Ut Vota ordine colligantur, & certa Sententia secundum
majorem numerum Votorum super Relatione Causæ facta & Voto à
Referente Relationi annexo concipiatur, prælegatur, & subscri-
batur.

Relatione in Camera Imperiali jam peractâ, Referens statim suum
Votum, ut suprà in hac Sectione indicatum, dare, sed non latè deducere nec
dictare debet, sed ut Conclusiones in quovis puncto, & quid Proto-
vel Notarius inter votandum, quoad Merita Causæ, aut principalia
Fundamenta percipere poterit in Protocollo annotentur, cæterorum-
que Assessorum Vota ad certam Sententiam concipiendam colligantur,
curare debet, Blum. Proces. Camer. tit. 7. num. 93. & seqq. it. tit. 75. num. 33.
& seqq. adde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 65. §. Und
wann die Rechts-Sachen ic. ubi ferè idem ordinatum. Ordo Votandi
autem in Camera diligenter observari debet, nec Vota interloquendo,
circumambulando, legendo, scribendo, aut alia negotia tractando,
impediantur, nec Relationibus Definitivarum Interlocutoriæ aut Sup-
plicationes immisceantur. Nec denique reliqui Assessores, qui Relatio-
nibus intersunt, Acta, Disputationes & Allegationes describendo eas
impediant, sed necessaria ex iis inter referendum & legendum annotent.
Nec quisquam ex Senatu ante finem Relationum discedat, Blum. dict.
tit. 75. num. 31. Vota quoque in Camera danda sunt in præsentia Proto-
vel Notarii, qui in ipso Consessu annotet, quinam Assessores Relationi
inter-

interfuere, quæ substantialia & Principalia Causæ Fundamenta, quid conclusum, & quæ majora fuere, Blum. dict. tit. 7. num. 94. idem eatum Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof- Ger. Ordin. tit. 65. §. Und soll bey folcher Umfrage ic. Deinde in Camera in Votando prolixitas superfuitasque cuncta vitetur, præsertim amplæ Allegationes Juris vulgarium Regularium, Repetitiones Actorum, fusæque Disputationes, Blum. dict. 4. tit. 7. num. 95. Et si Votans in Camera cum Re- vel Correferente confusat, id per verbum PLACET indicet, aut suum Votum circiter formet, ipsum sentire cum Referente, velle cum ipso concludere. Sed si habeat Motivas per Re- aut Correferentem non adductas, eas proponere ipsi liceat. Sin vero planè diversæ opinionis sit, hanc cum narratione Motivarum, necessariorumque Fundamentorum Juris proponat, Blum. dict. 5. tit. 7. num. 99. Votis semel collectis secunda collectio non fiat, nisi iusta causa subdit, Blum. dict. tit. 75. num. 35. In Votando vel à Referendario in Camera dissentiant, vel ejus opinioni suffragantur. Si illi de Sententia ferenda inter se nonn conveniant, tunc reliqui super eos, quorum alias pro diversitate causarum, ut supra Exeg. Aphorismi 23. dictum, certus numerus cum Praefide Assessorum adesse solet, advocentur, atque horum consilio concludatur. Et quidquid jam dicto modo factum atque decretum, non secus ac si ab omnibus Assessoribus pronunciatum publicatumque esset, firmum sit, ac ratum habeatur omni modo, Blum. dict. tit. 75. num. 36. Quod si Assessorum opiniones fuerint pares, vel ex octo tres diversum justis de causis senserint, res ad Judicem & reliquos Assessores deferatur, quorum arbitrio vel à pluribus Assessoribus, vel alio Senatu, vel denique in pleno sub incudem revocetur, atque ex integro deliberetur, ac certum quid decidatur, quod ultimum ratum sit. Omnium vero Assessorum Votis paribus existentibus, illa Sententia prævaleat, cui Judex assenserit, Ordinat. Cam. 1495. artic. Wie das Cammer-Gericht ic. 1. vers. Und ob sie (scil. Assessores) spännig / und auf jeglichem Theil gleich wären / welchen dann der Richter einen Zufall thut/ dagegen soll es auch bleiben. Huncque assensum pro Voto habet Magenhorst. ad Ordinat. Cam. 1555. part. 1. tit. 9. Et hoc verum, quia hoc casu assensus Judicis majora facit, Blum. dict. tit. 75. num. 37. & 38. Ubi autem adhuc tenendum, si quis in Camera Assessorum recitatam Relationem minus bene intellexit, aut prælectam oblivioni tradidit, eam in Senatu perlustrare, Atque, si ejusdem cum Referente Senatus est, ad se informandum domum secum portare fas est, Recess. Imper. de Anno 1654. §. Und nachdem Secundo &c. 144. in fine. Idem in Consilio Aulico Imperatoris licitum est, Neue Reichs-Hof-Raths-Ordn. 1654. tit. 5. §. Wo dann einer ic. 4. ibi;

ibi: Wo dann einer oder mehr von unserm Kaiserl. Reichs- Hof- Rath/ in Sachen nach geschehener Verlesung der Relation, um bessern Nachdenkens willen / dieselbe Schriften ihme nach Haus auf eine kurze Zeit zu vergönnen / sich besser darin zu ersehen / begehrten würde / das solle ihme unser President, nach Ermessung und Gelegenheit der Sachen/ doch in alleweg / daß hierinnen kein unnothiger Aufzug gesuchet ic. nicht abschlagen / und davon solchem Rath alsdann etwas mehrers/ weniger/ oder gar was anders / dann referiret / und doch in den Actis begriffen / auch zur Substantz gehörig / und bey der Decision in acht zu nehmen noth wäre / befunden würde / solches solle ein jeder bey seinen Pflichten nicht verschweigen / und nicht allein in seinem Voto anziehen / sondern aus den Actis zeigen / und alsdann auch der ganze Reichs- Hof- Rath dasselbe in acht zu nehmen / verpflichtet seyn. acde Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof- Ger. Ordin. tit. 65. §. Wo sich auch begäbe ic. Wo sich auch begäbe / daß nach beschehener Relation einer oder mehr aus unsern Beyfigern ihnen den Handel auch zu besichtigen/ oder auf den Handel sich weiter zu bedenken / Zeit begehrten würden / das soll ihrer jedem vergönnet und gestattet / auch auf dasmal durch unsern Hof- Richter mit der Umfrage / und endlicher Entschließung oder Verfassung der Urtheil stille gestanden werden. Porro in Consilio Aulico Imperatoris Relationes Actorum ab omnibus auscultantur, & dein à Praefide, collectis Votis, secundum Majora, Sententiae formantur, Secretario in calamum dictantur, Neue Reichs- Hof- Raths- Ordin. tit. 5. §. Den Schluß aber ic. 16. Jure Civili aliud obtinet, in colligendis Votis; nam secundum illud omnibus Judicibus causa cognoscenda, l. 29. ff. de Judic. & ne unus quidem absens esse debet; alias Sententia non valet, Stypmatin. de Referendar. cap. 7. num. 33. & seqq. Ideò etiam in Votis contrariis, si Sententiae numero impares sint, prævalet ea, quæ numero vincent; licet unus Collega altero dignitate superior sit, l. 36. ff. de re judicat. Cum enim naturalis sit hominum in dissentiendo facilitas, l. 17. §. 6. ff. de recept. & qui arbitr. recip. & si unusquisque suum ingenium vel contradictionem, quæ facit Vota imparia, l. 39. §. 1. ff. de re judicat. sequi deberet, res non inveniret exitum. Ideò in omnibus Collegiis obtinet, ut Majora obtineant, l. 21. ff. ad Municipal. vot. tit. X. de his quæ sunt à majori. & perinde est, an unus altero superior; cum in Jure ferendi suffragii eandem habeat authoritatem, Duaren. in l. 36. Et hoc etiam obtinet, si judicare planè nolit, jurando, sibi non liquere, dict. l. 36. ff. de re judicat. Si Sententiae numero pares, communiter Doctores, Zaf. in l. 38. ff. de re judicat. Umm. in Process. Jur. thes. 12. num. 54. Bachov. in Treutler. volum. 2. disputat. 23. thes. 2. lit. c. subdividunt inter Judices ordinarios, datos & arbitri;

arbitros. PRIMO CASU, si omnes ordinarii sint, etiamsi paria sint Vota, nihilominus valet Sententia, sed ea, quæ est humanior, l. 38. ff. de re judicat. Humanior autem Sententia dicitur (1.) ratione Rei, qui favorabilis, l. 125. ff. de Regul. Jur. etiam in publicis Judiciis, dict. l. 38. §. 1. (2.) Ratione Summæ, quæ minimam continet, dict. §. 1. (3.) Ratione Causæ, qualis est Libertas, dict. l. 38. & l. 122. ff. de Regul. Jur. §. fin. Institut. de donation. l. 8. ff. de Transaction. Testamentum, Dos, argum. l. 5. quem-adm. testament. aperiantur. l. 1. Cod. de SS. Eccles. (4.) Ob Personas, si illæ miserabiles; quales sunt Viduæ, Pupillus, Ecclesia, Pia Loca &c. son-tico morbo laborantes, & quas describit, l. 1. Cod. quando Imperator inter Pupill. & miserab. Person. Umm. dict. loc. Zaf. in dict. l. 38. num. 2. ff. de Regul. Jur. Quæ tamen obtinent, nisi Sententia, quæ pro favore stat, sit manifestè iniqua, l. 9. & l. 11. ff. de inoffic. Testament. SECUNDO CASU, si Judices dati, seu delegati discordent, Sententia in suspenso est, dict. l. 28. ff. de re judicat. sunt enim isti vice dantis: ideò eorum Sententiaz dispare merito ab ipso dante autoritatem capiunt, Jason. in dict. l. 28. num. 3. TERTIO CASU, si pares numero arbitri sunt, neutra Sententia habet vigorem, l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitr. recep. cuius hæc est ratio, quod privatâ conventione constitutus non sit superior, qui suâ authoritate alterutram Sententiam confirmare potest, Bachov. dict. loc. 11. §. 6. Stypmann. de Referendar. cap. 7. num. 14. usque ad 33. In Judicio Aulico Hannoverano Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordin. tit. 65. S. Wann dann sie alle ic. & S. Da sich auch ic. in Votorum contrariorum decisione sequens modus observatur, ibi: Wann dann sie alle/oder der mehrer Theil/nach genugssamer Umfrage beschließen und erkennen/ und ob sie zweifältig/ und auf jeglichem Theil gleich wären/welchem Theil dann unser Hof-Richter einen Zufall thut/ und also die meissen Stimmen hat/ das soll das Urtheil seyn ic. Porro: Da sich auch zutragen würde/ daß unsere gelehrte Räthe/ auch die andern von der Ritterschafft und Städten einer andern und getheilten Meynung wären/ und sich der Urtheil nicht vergleichen könnten/ oder sonstigen Bedenken hätten/ aus allerhand bewegenden Ursachen/ darin zu sprechen ic. so sollen die Acta an eine unverdächtige Universität oder Schöppen-Stuhl/ um Rechts-Belehrung/ auf der Partheyen Unkosten verschicket/ und die Urtheil darnach publicirer werden. addit. Stypmann. dict. cap. 7. num. 41. & seqq. ubi simul valde commendat Transmissionem Actorum, eamque fusè & eleganter explicat. Denique in Camera Imperiali Sententiae in præsentia eorum, qui Relationi interfueré, statim concipiendæ, prælegendæ, verbisque ita claris concipiendæ, ut in iis omnis obscuritas evitetur. Prælectisque Sententiis, Refe-

Referentes antequam ad alia divertantur, manu propriâ se subscriptibant, Recess. Imper. 1654. §. Wann nun vors Giehende ic. 149. Blum. Process. Camer. dict. tit. 75. num. 31. & 39. In Judicio Aulico Imperatoris Sententiaz secundum majora Vota formatæ Secretario in calamus dictantur, & publicè in Consilio releguntur, Neue Reichs-Hof-Maths-Ordn. 1654. tit. 5. §. Den Schlus aber ic. 16. Gerhard. gründl. Unterricht ic. dict. discurs. 4. cap. 4. §. 2. in fin. Juxta Ordinationem Judicij Aulici Hannoverani verò Sententiaz, quoad numerum majorem Votorum formatæ, Referens manu propriâ in Secretarii Protocollo subscribere tenetur, Fürstl. Braunschw. Lüneb. Hof-Ger. Ordn. tit. 65. dict. §. Wann dann sie alle ic.

Aphorismus 26.

[4.] Ut denique Relationes in Judicio factæ à Referentibus pro more Judicis subscriptibantur, ob-signantur, & bene custodiantur.

De Stylo Cameræ requiritur, ut Relationes cum Voto propriâ manu subscriptæ, clausæ & ob-signatae, Judici vel ejus Vicario ad affervandum in certa Cista in Lectoria posita tradantur, Recess. Imper. 1654. §. Vor-gehend dieses ic. 150. quod etiam obtinet; si Correferens & reliqui Asses-fores omnes, vel per majora Vota cum Referente non consentiant, Blum. Process. Camer. tit. 75. num. 34. In Consilio Aulico Imperatoris ob-signatae Actis adjunguntur, vel alio modo affervantur, Neue Reichs-Hof-Maths-Ordn. tit. 4. §. So bald nun ein Referent &c. 17. ibi: Es sol-len auch die ganze Re- und Correlationes wohl verpetzirt jederzeit bei den Actis, oder sonstigen wohl verwahret/ aufbehalten werden. Gerhard. gründl. Unterricht ic. dict. discurs. 4. cap. 4. §. 5. Et tantum de altera parte Formæ Relationis.

SECTIO SEPTIMA, De Fine Relationis Judicialis.

Aphorismus I.

Finis Relationis Judicialis est conceptæ secundum majora Vota Sententiae legitima Publicatio, ut inde Partes scire queant, quid Ju-ris sit in causa controversa statutum.

Exegetis.

1. **C**um finis sit causa, cuius gratiâ sive propter quam res est, Johan. Thom. Freig. *de Logica Jureconsultor.* lib. 1. cap. 8. & omnis Actus fiat propter aliquem finem, necessariò Relatio Judicialis facta est propter Sententiae conceptæ Publicationem, tanquam finem Relationis Judicialis. Nam concepta Sententia nullius est momenti, nisi Publicatio præcedat, nec omitti debet, tanquam substantiale quoddam, unde concepta Sententia existentiam suam accipit, Blum. *Process. Camer.* tit. 75. num. 40. Brunnemann. *Process. For.* cap. 27. num. 44. Fürstl. Braunschw. Lüneburg. Hof-Ger. Ordn. tit. 65. §. Wann dann sie alle ic. ibi: Welchem Theil dann unser Hof-Richter einen Zufall thut / und also die meisten Stimmen hat / das soll das Urtheil seyn / und folgends in sickerndem Hof-Gericht eröffnet / und durch unsern Hof-Gerichts-Secretarium oder dessen Substituten einen publiciret und verlesen werden ic. Quippe per Sententiae Publicationem authoritas, valor & vires ei accedunt. Itaque intermissa Publicatione Litigantes per exceptionem Ignorantiae à nexu Obligationis semper se valent liberare, Carpzov. *Process. Jur.* tit. 16. artic. 3. num. 1. & seqq. Cavendum igitur, ne per neglectum Publicationis vitium committatur nullitatis, quin potius cautè ac providè hoc in Articulo versandum, ac procedendum, ne quidquam culpæ Judicibus queat impunitari, eumque in finem omnia exactè consignari faciant Judges, unde postea de Publicatione legitima possit constare. Alias ita sententiori solet: Dieweil nicht zu befinden / daß das gesprochene Urtheil den Partheyen publiciret worden / so hat es dahero seine verbindliche Kraft Rechtens noch zur Zeit nicht ergreissen können / sondern es wird dasselbe nochmals gehörslichen eröffnet und publiciret / von Rechts wegen. Carpzov. *dict. loc.* num. 7. & 8.

Aphorismus 2.

Publicanda autem est Sententia (1.) nomine Judicis (2.) citatis ad audiendam Sententiam Partibus (3.) cum assignatione certæ dicti, alias Sententia non valet.

1. Non sufficit Sententiae Publicatio, sed ut legitimo ac debito modo fiat, necesse est, & quidem Judicis ac Magistratus publicantis autoritate, Carpzov. *Process. Jur.* tit. 16. artic. 3. num. 3. & 10. *Recess. Imper.* de Anno 1570. §. Was in unser Cammer-Gerichts-Ordnung ic. 85. Deinde etiam fieri debet in praesentia Partium, iis legitimè ad publicandum citatis, l. 47. ff. *de re judicata.* Gail. lib. 1. *observat.* 109. quia omnibus in Actis Præjudiciali-

dicialibus (inter quos etiam refertur Publicatio Sententiarum) requiriatur Citatio Partium, si alias subsistere debent, l. i. §. item num ex edito. ff. de Judic. l. ea qua. 7. Cod. quonodo & quando Judex Sentent. Joh. Petr. de Ferrar. in *Pract. de Form. Sentent. definitiv.* num. 25. Hinc Formula sententionandi: Würde das gesprochene Urtheil den Partheyen auf vorhergehende Ladung publiciret werden / allermassen solches zu Recht nöthig / so ergehet in der Sachen ferner was recht ist / V. R. W. Carpzov. *dict. loc.* num. 11. & 14. In Camera tamen Imperiali, & ubi generalis Citatio ad totam causam recepta, hæc specialis Citatio ad audiendam Sententiam non requiritur, nisi ubi altera pars post Conclusionem in causa decesserit, Gail. *dict. loc.* Mynsing. centur. 3. *observat.* 71. quæ conditio etiam hodiè cessat per Recessum Imperii de Anno 1654. cùm hodiè Mandatum Procuratorum ad Heredes Litigantium Actoris vel Rei extendatur, cujus vigore nulla opus est litis reassumptione, post obitum unius vel alterius Litigantis, & per consequens etiam nulla citatione ad audiendam Sententiam, sed in Procuratorem; quia propter Mandatum nomine Hæredum in Judicio experiri valet, salvâ semper iis Renunciatione Hæreditatis, Sententia, tam Definitiva quam Interlocutoria fertur, Carpzov. *dict. Proces. Jur.* tit. 5. artic. 4. num. 51. item tit. 16. artic. 3. num. 28. & 29. Blum. *Process. Camer.* tit. 75. num. 40. addatur Fürstl. Braunschw. Lüneb. Cantzley-Ordn. tit. 4. §. Die Gewalte sollen gleich ic. 6. Porro novâ Citatione opus non est, si pars citata emanserit, sed, instante parte comparente, Sententia publicari potest in Contumaciam, sicut hoc multis Judiciorum Ordinationibus continetur. Si verò impedimentum plenè probatum, retractanda est Publicatio Sententiae, Brunnemann. *Process. For.* cap. 27. num. 45. Nec sufficit etiam partes litigantes ad audiendam Sententiam in genere citari, sed certa quoque dies Citationi inseri, ac Publicationis Actui præfiniri debet, Vant. *de Nullitat. Sentent. ex defect. Citation.* num. 56. Brunnemann. *dict. loc.* num. 44. quò partes scire queant, quando Actus Publicationis celebrari debeat, Grav. lib. 1. *Practicar. Conclus.* 48. num. 9. Nec sine effectu hoc fit: nam non solum accusari possunt Contumacia Litigantes non comparentes, sed etiam Judex ipse obstringitur. Si namque hic diem præscriptum neglexerit, aliâ die minimè poterit Sententiam publicare, absque nova Citatione, sed nulla est, si factum id fuerit, Carpzov. *dict. tit.* 16. num. 15. & seqq. In Camera Imperiali antiquitus singulis Diebus Juridicis hora prima pomeridiana Sententiae conceptæ erant publicandæ; quod autem impræsentiarum non ita observatur, sed duntaxat certis Diebus Juridicis, pro arbitrio Collegii Cameralis electis, publicari solent, Sententiae verò publicandæ ante P 3 Publi-

Publicationem prius in Senatu prælegi debent, Blum. dict. loc. num. 41. At quid Juris, si in Citatione præfinitatur certa dies cum continuatione dierum ac horarum subsequentium, num valida erit Citatio ad publicandum? & quid si Litigantes citati in Termino Publicationis haud compareant, à quo die tunc Sententia contra absentes publicata transferat in rem judicatam, vide Carpzov. dict. loc. num. 39. & seqq. Formula Citationis in Cancellaria, quæ est Hannoveræ, ad audiendam Sententiam, si nimirum in loco Judicij Sententia concepta fuerit, talis esse solet: *In Sachen Titii Klägern wider Sempronium Beklagten / vel in Causa Appellationis, si plures Consortes litis adsint: In Appellation-Sachen Titii und Consorten Appellantem wider Sempronium und Consorten Appellaten, ist zu Anhörung einer den Rechten und Acten gemäßen Urtheil (vel si à Consilio Jurisperitorum Sententia sit petita, hæc verba inseri solent: Ist zu Anhörung der von einer aufwärthigen Juristen-Facultät eingeholsten Urtheil) (ex. gr.) der Freitag nach Catharina, wird seyn der 29ste Novembrū, benahmet und angesetzt/ gestalt dann beyde Theile Krafft dieses citiret werden/ bestimmten Tages fruhe (ex. gr.) um 8. Uhr auf Fürstlicher Gangley allhier zu erscheinen/ (vel si à Facultate Sententia sit, & plures Summus imponsi, quam à parte, quæ petuit Transmissionem Actorum, subministrati fuerint, hæc verba adjiciuntur: Und wann Sempronius über die bereits erlegte Verschickungs-Rosten noch (ex. gr.) 1. Octbr. 18. Gr. wird nach geschossen haben/ alhdann der Publication angeregter Urtheil gewärtig zu seyn) und nach erlegter Urtheil (ex. gr.) 1. Octbr. 9. Gegr. aufzutragen wird/ der Publication angeregter Urtheil/ oder daß auf beschönigte Insinuation dieses in contumaciam des aufzbleibenden Theils nichts desto weniger damit verfahren werde/ gewärtig zu seyn. Decretum in Consilio Hannover (ex. gr.) am 5. Novembrū Anno &c.*

Fürstl. Braunschw. Lüneburg.
Vice-Canzler und Räthe
N. N.

Aphorismus 3.

Deinde fieri debet Publicatio Sententiae in Scriptis, & quidem voce Judicis sedentis pro Tribunal in loco publico & consueto, vel prælegi debet Partibus secundum Stylum Curiae per Secretarium aut Protonotarium, Judice præsente.

1. Sententia Definitiva in ordinario Processu lata in Scriptis publicari & ex Scripto Partibus prælegi debet, ne de eo quod judicatum est, ulla existat

existat contentio, ac ne sit etiam in potestate Judicis Sententiam pro arbitrio, cum damno ejus, pro quo lata est, mutare minuendo, vel adjiciendo. Nam Sententiæ Definitivæ conditio est, ut Controversia finem imponat, postquam semel lata est, amplius mutari aut corrigi nequit, l. 14. & l. 55. ff. de re judicat. l. 2. Cod. de Sentent. ex periculo recitand. quamquam Multæ exactio propter inopiam condemnati remitti potest, l. 6. in fin. ff. de Offic. Pref. &c. Peretz. ad Cod. dict. tit. de Sentent. ex periculo recitand. num. 2. aliás Sententia nulla est, l. 3. Cod. dict. loc. Umm. Disputat. ad Process. Judiciar. 19. num. 39. Brunnemann. Process. For. cap. 27. num. 46. Imò causis etiam summaris Scripturam necessariam esse probatur ex Clementin. Sape. de verbis significat. ubi mandat Sententiam ferri in Scriptis, non obstante, quod procedatur summarie & sine figura Judicij, & quod non requiratur in Causis Summaris Libellus. Et licet Bartol. in Extravag. ad reprimendum. in veris. Et sine figura. circa fin. videatur sentire quod illa Clementin. non procedat de Jure Civili in casibus, in quibus proceditur sine figura Judicij: tamen puto verius esse, quod habeat locum de Jure Civili, cum non habeamus Legem contrariam, unde in utroque Foro debet stari Juri Canonico, per ea quæ not. Abb. in cap. intelleximus. i. de oper. novi nunciat. tantò magis, quia per hoc minus läditur Jus Commune, cuius ratio introductionis fuit, ne veritas ut suprà diximus, occultetur, Maranta in Speculo Aureo part. 6. tit. de Sentent. num. 17. Vantius de Nullitat. ex defect. Process. num. 70. Verba enim dicta Clementina Sape. (prout magis placuerit) non verba (in Scriptis) sed ad ea verba (stans vel sedens) referuntur. Et qui contrarium sentiunt, confundunt lites breves, leves, & vilium Personarum, cum summaris, Brunnemann. Process. For. cap. 27. num. 47. Et ideo verius est, in Matrimonialibus Sententiam ex Scripto recitandam esse, Brunnemann. dict. loc. Quare non sufficit, si Judex scribendo, unico contextu voce proferret, sed omnino Scriptura præcedere debet recitationem, Maranta dict. loc. num. 57. Peretz. dict. loc. num. 5. Quod & obtinet, non tantum in Sententia, quam suo Judicio Judex conscripsit, verum etiam in ea, quæ ex Consilio Peritorum proferuntur: oportet enim eo etiam casu, ut Judex Consilium apertum legat, & juxta ejus Tenorem conceptam Sententiam pronunciet, Peretz. dict. loc. num. 6. Si vero breviores fuerint lites, vilium maximè Personarum aut Causarum, quales quæ sint enumerat Glossa ad Authent. Nisi breves sint lites &c. Cod. dict. tit. harum enim Solemnitatum observatione Judicem Imperator non nihil liberat, in Novell. 17. cap. 3. ut nimirum summatis, Responsionum, Contradictionum, Gravaminum, Salvationum multitudine à Partibus proposita, ex non scripto lites decidat, ac sine ulla Causa-

Causalium Expensarum occasione judicet. Idem & coneedit Episcopo inter suos Subditos sive Clericos negotium examinanti, Novell. 83. in Prefat. Christopha. Philipp. Richter. Exposit. Authent. ad dict. Authent. Nisi breves sint lites &c. Peretz. dict. loc. num. 4. Brunnemann. dict. loc. num. 48. quod tamen de Ecclesiasticis Causis & Criminibus tantum erat intelligendum, non de Civilibus Causis & Criminibus. At placuit Pontificibus, ut de omnibus Criminibus Clericorum generaliter & distincte soli Episcopi cognoscant, non Potestates Seculares, id quod tandem etiam constituit Fridericus II. in Constitutione de Statutis & Consuetudinibus contra Ecclesia Libertatem. Matth. Stephan. Commentar. in Novell. allegat. 83. per tot. inter eos autem qui contrarium sentiunt est Ummius dict. loc. qui putat, quod etiam in Sententiis Interlocutoriis & Causis Summariis non requiratur Scriptura, addit. Stypmann. de Referendar. cap. 7. num. 267. An autem ex Consensu Partium Sententia sine Scriptis proferri queat? vide Umm. & Stypmann. dict. loc. qui hoc omnino ex hac ratione negant, quod sit Modus Juris, quem privati suis Pactis immutare nequeunt, l. 38. ff. de Patis. Vant. de Nullitat. Sentent. ex defect. Process. num. 73. Deinde desideratur, ut Sententia ab ipso Judice pronuncietur, sedente pro Tribunal, in loco publico & consueto, l. 1. Cod. de Sentent. ex peric. recitant. Brunnemann. Proces. For. cap. 27. num. 46. & 50. Maranta dict. loc. num. 55. exceptis Interlocutoriis, quae non requirunt plenam causae cognitionem, & quando Judex timet potentiam alicujus, quia potest super equo vel exturri ferre Sententiam, ut citò possit fugere, Maranta dict. loc. vel quae domi poterant expediti, l. 4. ff. de Interrogator. Action. de plano sella posita, sive domi, sive in itinere, qui locus Judicij momentaneus, dict. l. 4. §. 1. ff. de Interrogator. Action. l. 18. §. fin. ff. de Question. Partes autem ipsae possunt circa locum prorogare Jurisdictionem, argum. l. 2. §. 2. ff. de judic. Christianæ. volum. 4. decisi. 88. num. 16. de quibus intelligendum illud, quod Jus ibi sit, ubi Magistratus consistit Juris dicendi causa, Cujac. lib. 4. observat. n. Bachov. in Treutler. volum. 1. disputat. 4. thes. 1. lit. d. nisi cum Treutlero textum ibi sollicitemus. Certum autem est, conventione Partium, vel in casu necessitatis, si locus minus tutus, vel ubi id consuetudo introduxit, Sententiam etiam alio, quam in publico loco ferri posse, argum. l. 1. (ut proponit.) 4. Cod. quomodo & quando Judex &c. Menoch. de Arbitrari. Judic. Quest. lib. 1. cas. 64. num. 4. Maranta dict. loc. num. 72. & seqq. Illa vero levis Solemnitas, quod Judex sedens debeat ferre Sententiam, Menoch. dict. loc. cas. 61. & ideo in Summariis arbitrio Judicis committitur, dict. Clementin. Sapè. licet Jure Canonico exsurgat ex neglectu hujus Nullitas, cap. ult. de Sentent. lib. 6. Brunnemann. dict. loc.

num. 50. & 51. Excipiuntur autem illustres Judices, aut Episcopi, qui ob ordinis sui dignitatem non tenentur ipsi recitare Sententias. Quod mores hodierni permiserunt quibuscumque Judicibus, ut recitent Sententias per suos Secretarios, & eos qui Ministerium suum eis accommodant, Peretz dict. loc. num. 4. & 5. Brunnemann. dict. loc. num. 46. Et quidem fieri debet regulariter Judice presente, Brunnemann. dict. loc. hinc Publicationi in Camera Imperiali olim Judex & eo absente Praeses cum dimidia parte Assessorum interesse debebat. Hodiè Judex, Praeses atque Assessores dictæ Publicationi intersunt, quicunque sunt praesentes, nihilominus tamen, Judice aut etiam Praesidibus absentibus, Assessores Sententias publicare possunt. Contra Principem tamen Sententia publicanda si veniat, absentis Judicis Vicarius minimum sit Comes vel Baro, Blum. dict. tit. 75. num. 42. Quod si Sententia Banni Declaratoria publicanda sit, quod haec declaratio apud omnes majorem autoritatem habeat, atque terrorum incutiat, sancitum, ut omnes Praeses atque Assessores in Judicio comparere, atque deinceps foras ad consuetum locum sub dio ad Publicationem Banni descendere debeant. Cum hisce descendantibus, eandem ob causam, omnes Procuratores simul ex Audientia descendant, Blum. dict. loc. num. 43.

Aphorismus 4.

Denique requiritur etiam ad Publicationem Sententiae tempus congruum, id est, diurnum, non nocturnum, Dies Juridicus, non feriatus &c. & annotatio Horæ & Diei factæ Publicationis.

Tempus congruum publicandi Sententiam apud Marant. in Speculo Aureo part. 8. tit. de Sentent. num. 88. & seqq. septies consideratur: (1.) Ut sit Dies Juridicus, non feriatus; (2.) Ut feratur Sententia in Die & Hora, in qua facta est Citatio, nec ante vel post diem proferri debet, nisi Judex ipse presentibus Partibus ob rei difficultatem distulerit Publicationem, quod probi Judices facere solent, Brunnemann. Proces. For. cap. 27. num. 53. (3.) Ut Judex non ferat Sententiam perempta Instantia, puta post Triennium (quod autem hodiè non observatur) item post desertam Appellationem, & si lata est Sententia Arbitri post tempus prefixum compromiso; (4.) Sententia feratur de die, non de nocte, nisi aliter sit receptum, aut ambæ partes presentes non contradicant, aut necessitas diversum jubeat, Brunnemann. dict. cap. 27. num. 52. (5.) Ut non feratur Sententia pendente Dilatione; (6.) Et si causa commissa Consilio Sapientis: nam interim non potest ferri. Sententia ante habitum Consilium; si tam men

Q.

men de facto feratur, debet appellari, secundum Baldum. in l. si quis. 1. in
princ. Cod. de Relation. (7.) Ut Judge promunciet tempore, quo utraque pars
est praesens, vel altera tantum absens per Contumaciam, alias si utraque
pars est absens, non valet Sententia; nisi in casibus, in quibus Judge ex
officio procedit, quia tunc valet Sententia utraque parte absente, secun-
dum Angel. in l. si quis libertatem. 7. ff. de petition. hereditat. & Glof. in cap.
Cupientes. 16. §. Quod si per viginti dies. 1. de Election. tit. 6. Quibus requisitis
non observatis dicit Maranta *soprà dicto loco*, non valere Sententiam. De-
2. mūm Dies & Hora Sententiae latæ accurate in Actis annotanda, Carpzov.
lib. 3. respns. 114. num. 19. quia Tempus appellandi currit de momento in
momentum, Novell. 23. cap. 1. & ut de tempore Publicationis constare
3. possit, ut in Exegef. Aphorism. 1. hujus Sectionis jam indicatum. Et hæc pro ra-
tione temporis & instituti, ex hac amplissima & aurea serè materia Re-
lationis Judicialis, manuductione & Legum & allegatorum probatorum
Authorum, rudi minerva saltim delibatae sufficiant. Si igitur, Benevolc
& Candide Lector, ob temporis angustiam, & alia gravia impedimenta,
ut & ex ingenii imbecillitate in quibusdam errorem erraverim; rogo, te
memorem esse, nos homines esse & posse errare; nec quicquam dictum
à me esse, quod non dictum sit prius. Interim DEO Triuni sit
Laus, Honor & Gloria in Secula Seculorum,

A M E N.



INDEX precedentium Sectionum.

SECTIO I. De primæ Relationis Judicialis Origine, Authorita- te, Abrogatione, Descriptione, ejusdemque Uso hodierno, & Discrepancia à Tractatione & Insti- tutione nostra. <i>Pag. 5</i>
II. De Definitione Nominali, sive de hodiernæ Judicialis Relationis Derivatione, variâ Significatione, Ap- pellatione, & Origine. <i>Pag. 13</i>
III. De reali hodiernæ Relationis Judicialis Definitione & Divisione. <i>Pag. 18</i>
IV. De Causa efficiente Relationis Judicialis. <i>27</i>
V. De Materia Relationis Judicialis. <i>44</i>
VI. De Forma Relationis Judicialis. <i>67</i>

